This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gt
20
25

Ct 20.25

SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE
VE
RI
TAS
The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld
HARVARD COLLEGE LIBRARY



C. Müller.
Ex libr. C. C. M.
fr. Xl.

De

Theodectis Phaselitae

vita et scriptis

commentatio prima.

Auctore

Carol. Frider. Traug. Maercker

Meiningensi.

Vratislaviae.

Venumdat M. Friedlaender.

MDCCCXXXV.

Gt 20.25

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 9, 1908

Caput I.

Prolegomena ad Vitam Theodectis.

Πᾶν ζητούμενον — ἁλωτόν.
Sophocles.

§ 1.

In hac, ut in aliis ejusmodi quaestionibus, a Suida auctore principium est petendum. Etenim ille s. v. *Θεοδέκτης* haec refert:

Θεοδέκτης, Ἀριστάνδρου, Φασηλίτης ἐκ Λυκίας ῥήτωρ, τραπεὶς δὲ ἐπὶ τραγῳδίας, μαθητὴς Πλάτωνος καὶ Ἰσοκράτους καὶ Ἀριστοτέλους. Οὗτος καὶ ὁ Ἐρυθραῖος Ναυκράτης καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ, ὁ Ἀπολλωνιάτης, καὶ Θεόπομπος ἐπὶ τῆς ρʹ Ὀλυμπιάδος εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτρεψαμένης, καὶ ἐνίκησε, μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ τραγῳδίᾳ· ἄλλοι δέ φασι Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα. Δράματα δὲ ἐδίδαξε ιʹ. Τελευτᾷ δὲ ἐν Ἀθήναις ἐτῶν γεγονὼς ὰ καὶ μʹ, ἔτι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περίοντος. Ἔγραψε δὲ καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτροις καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην.

Haec praecipue, quae etiam Eudocia[1]) totidem fere verbis descripta exhibet, de Theodectis vita et scriptis ad nostri temporis notitiam pervenere.

Ceteri quidem scriptores, qui Nostrum passim commemorant: Aristoteles, Dionysius Halic. Plutarchus, Athenaeus, Stobaeus, Stephanus, Photius, Eustathius, Cicero, Quintilianus, alii, suo quisque loco in judicium vocantor; quibus accedant et isti quam plurimi Theodectis lauda-

1) Eudoc. in Violeto pag. 230 ap. Villois. Anecd. gr. T. I. *Θεοδέκτης, Ἀριστάνδρου, Φασηλίτης ἐκ Λυκίας ῥήτωρ· ἔγραψε τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτρῳ, καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην καὶ τραγῳδίας, ἐτράπη γὰρ καὶ ἐπὶ τραγῳδίας. Ἀκουσὶης Πλάτωνος, Ἰσοκράτους, Ἀριστοτέλους. Οὗτος ἔσχεν καὶ υἱὸν Θεοδέκτην, ῥήτορα καὶ αὐτόν, ὅστις ἔγραψεν ἐγκώμιον π, τ. λ.* cf Stephan. Byz. s. v. *Φασηλὶς* et Eustath. ad Dionys. Perieg. 855. quos vide infra §. 26.

tores nobis deperditi cum selectis quibusdam, qui, suppresso Phaselitae nomine, in eadem materia conficienda versati sunt. Verum hac data copia a me impetrare nequeo, ut silentio premam virum perillustrem Hermippum, qui (ut infra cap. IV § 19 sqq. docebimus) in libro περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν[2]) peculiariter de Theodectis rebus egit; cujus libri jactura, cum in universa literarum historia, tum potissimum in hac nostra causa maxime est dolenda. Quare nunc, quod ille unus copiose ediderat, per scriptores multos tenuibus vestigiis quaerendum fuit.

§ 2.

De nomine Theodectis.

Jam si nomen Theodectis spectamus, id omnium fere librorum consensu scribitur Θεοδέκτης; ab Aspasio tamen ad Ethic. Nicom. VII 7, a Georg. Syncell. chronogr. ed. Niebuhr. p. 518 T. I, et ab Andr. Cr. 196, collat. Stephan. Thes. T. III s. h. v. appellatur Θεόδεκτος[1]). Sed Θεοδέκτης[2]) verum ejus nomen est ad analogiam vocabulorum Πολυδέκτης[3]), Φιλοδέκτης effictum. Suidas, cum alias vulgatam scribendi rationem servet, tamen semel, in vita Isocratis, habet Θεοδέκτῃ pro Θεοδέκτῃ; et apud Athen. Deipn. lib. X p. 452 legitur Θεοδέκτει, quod secus est.

In Photii bibl. cod. CLXVII (T. I p. 115 ed. Bekker) in margine adscriptum est Θεόδεκτος (quod receperunt editores) pro Θεόδοτος; et in Stob. florileg. Tit. 32 Nro. 6 Trincav. habet Θεοτεύκτου pro Θεοδέκτου. Tales autem nominum similium confusiones, ut in aliis, sic etiam in Nostro, librariorum vitio saepius irrepsisse, vel sine exemplis oblatis arguo. Sed depulsis etiam his argutiis omnium codicum congruentium fide, semper tamen aliquid dubitationis haerebit: quis ex pluribus, qui Theodectis nomine mactantur, Noster fuerit. Primum enim Suida auctore nominatur Theodectes quidam, qui pater fuit Theopompi Atheniensis, veteris comoediae poëtae; sed

---

2) vid. Hermippi fragmtt. ed Locynski, collat. Meurs. Lectt. Attic. V. 2.

1) Schäfer ad Stephan. Thes. vol. III. p. 3259. c. laudat analoga ἡμεροδέκτος, ἑτεροδέκτος, ἐυαπόδεκτος.

2) Ut jam notavit Göttlingius Cl. ad Aristot. Politic. pag. 10.

3) Πολυδέκτης vid. Cl. Jacobs Anthol. VII. 176. Ruhnk. praef. ad Hymn. in Cerer. cap. IX. et p. 6. Mitscherl. 111. Hgen 391. monente Schäf. ad Steph. Thes. ed Londin. l. l.

iste obscurioris sortis vir eo minus nobis curae esse debet, cum ipse Suidas[4]) de nominis ejus sinceritate ambigat.

Quod apud Georg. Syncell. l. l. Theodectes nominatur σφαναγικὸς, facillima id conjectura mutari potest in ὁ τραγικὸς, cum sequantur verba δρᾶμα ποιήσας; et ipsa narratiuncula, quae ex Aristea, vel Josepho est descripta, docet Chronographum Nostrum intellexisse.

Pollux in Onomast. VI cap. 19 commemorat Theodectem Sophistam, quem eundem Nostrum fuisse mihi vel ex eo probatum est, quod griphos invenisse dicitur; de qua re vide nos in commentat. II cap. II.

Alia eademque difficilior quaestio est de homonymo Theodectis filio, qui, Suida et Eudocia[5]) testibus, patris in rhetoricis studiis vestigia premebat et plura scripta reliquit, quae, quantum in tanta veterum testimoniorum tenuitate fieri potest, infra cap. IV fin. a paternis discernenda sunt.

§ 3.

De patria Theodectis.

De patria Theodectis controversia nulla est; namque ille ab omni antiquitate communiter Φασηλίτης[1]) vocatur.

Φάσηλις[2]) enim, teste Stephan Byzant s. h. v. aliis-

---

4) Suidas s. v. Θεόπομπος. Θεόπομπος Θεοδέκτου ἢ Θεοδώρου Ἀθηναῖος κ. τ. λ.

5) Suidas s. v. Θεοδέκτης et todidem fere verbis Eudocia l. l: Θεοδέκτης Φασηλίτης ῥήτωρ, υἱὸς τοῦ προτέρου· ἔγραψεν ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἠπειρώτου· ἱστορικὰ [καὶ] ὑπομνήματα· νόμιμα βαρβαρικὰ· τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις ἑπτὰ καὶ ἄλλα τινὰ ὑπομνήματα.

1) Cives Phaselidenses antiquius dicuntur ΦΑΣΗΛΙΤΑΙ, recentius vero, cum in nummis, tum in inscriptionibus dant ΦΑΣΗΛΕΙΤΑΙ, vid. Osann Syllog. Inscriptt. pag. 314, Stephanus autem dicit: ὁ πολίτης, Φασηλίτης.

2) Nunc dicitur Tekrova secundum Beaufort in Karam. p. 40. Μελέτιος vero (in γεωγραφ. παλ. καὶ νεά, ἐξεδ. ὑπὸ Ἀνθίμου Γάζη, ἐν Βενετίᾳ ann. 1807) Tom. III. pag. 176 Phionta vocat. De accentu nominis Φασηλις vid. eundem Stephan. ibid.: Ἡρωδιανὸς δὲ μόνος νῆμά φησι καὶ περιπαροξύνεσθαι. Τὸ μέντοι ἀγγεῖον οἱ ἐπ' Ἀλεξανδρείας ὀξύνουσι.

Item Eustath. ad Dionys. Perieg. 855 dicit. Φάσηλις προπαροξυτόνως. cf. eundem ad Homer. p. 638 lin. 36 ed. Rom. Apud. Ctesiam in Phot. p. 145 est Φασῆλις. vid. Schweigh ad Athen X. pag. 683 c.

que, [2]) urbs [4]) Pamphyliae fuit. — Alii [5]) vero Lyciae adscribunt. Recte itaque Livius 37, 23: In confinio Lyciae et Pamphyliae Phaselis est: prominet penitus in altum [6]), conspiciturque prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus, et procul navium praebet prospectum.

Praeterea de situ hujus civitatis egregie egit Cic. in Verr. act. IV 10, et nuper Beaufort: Karamanien, übersetzt von Uckert cap. IV pag. 39 — 45 (in Bertuch N. Bibliothek der Reisebeshr. T. XXVII).

Jam sponte occurrit obscurior de origine et statu reipublicae Phaselitarum quaestio, ad quam nobis viam praemunivit Cl. Raoul-Rochette in Hist. des Colonis. Gr. T. III cap. 9 pag. 250 sqq.

Illi igitur probatum est, hanc civitatem anno a Ch. n. 690 [7]) a Lacio Rhodio [8]) esse conditam, cum jam antea Argivi, duce Mopso, [9]) hoc loco consederint.

Duplicem igitur habes coloniam, quod eo minus mirum videtur, cum in hoc litore plura oppida ab Argivis ac Rhodiis possessa inveniantur, ut Soloe, de quibus

---

Spohn ad Isocrat. Paneg. pag. 93. Schäfer appar. crit. in Demosth. T. IV. p. 563 sq.

Pluribus etiam locis passim oppidum Phaselis commemoratur, ut a Thucyd. II. 69 ubi vid. Schol. VIII. 88 § 99. Diod. Sicul. XII. 4. XX. 27. Ptolem. V. 3.

3) cf. Pomp. Mel. I. 14. Plin. H. N. V. 27. Dionys. Per. l. l. Athen. VIII. pag. 350 a.

4) Nomen Phaselidis non solum de urbe, sed etiam de regione adjacente, quam barbarae gentes colebant, usurpari solitum, patet ex Plin. H. N. VI. 110. Est et alia Phaselis, in Judaea sita, quam Plin. H. N. et Josephus pluribus locis collaudant.

5) vid. Skylax Peripl. pag. 299 ed Gail. Cic. Verr. act. IV. cap. 10. Strabo XIV. 3. Suid. s. v. Θεοδέκτης.

6) unde a Dionys. Perieg. 855. ἠνεμόεσσα dicitur.

7) Secundum Euseb. Chron. lib. II. pag. 120.

8) Quem nominant Steph. Byz. s. v. Γέλα collat. eod. s. v. Παμφυλία. et Athenae. VII. p. 297. e.

Hunc quidem locum difficillimum vir doctissimus levius transiit; neque animadvertit, quod jam dudum edocuit V. Cl. Schneiderus Saxo ad Nicandr. Alexipharm. p. 82., Rhacium (quem Pausan. pag. 400 ed. Sylbg. aliique nominant) eundem fuisse, quem Lacium. Nam literae initiales Λ et Ρ a veteribus saepius inter se confundi solent; et Hesychio Λάκη idem est, quod Ράκη. Sed haec qualiscunque de Phaselide, oraculi jussu condita, narratio accuratiore adhuc eget disquisitione, quam, utpote a finibus opusculi nostri remotiorem, ad acutiora virorum doctorum ingenia delegamus, iisque commendatam habemus.

9) quem Mela I. 14. civitatis auctorem appellat.

vide Mel. I. 13. Ceterum et illa urbs, ut fieri solet, nova incolarum turba ingressa, nomen mutavit, quod etiam Stephanus Byz. l. l. indicat verbis ἡ πρότερον Πιτύουσα[10]) καὶ ὕστερον Φάσηλος[11]) Quae quidem ita intelligi velim, ut nomen Pharsali praecesserit Phaselidem, cum apud omnes constet, Phaselidem nomen suum retinuisse; quare bene mihi videtur Eustathius ad Dionys. Perieg. 855 Stephani locum interpretari: ἤ ποτε Φάρσαλος. Ex his quidem suspicari licet, duas deinceps antiquiores Graecorum colonias in confinio Lyciae et Pamphyliae consedisse; postea vero idem oppidum, a Rhodiis (anno praedicto) advenientibus renovatum et auctum, Phaselidis demum nomen accepisse consentaneum est.

Juvat etiam h. l. mentionem facere antiquissimae illius, quae, Plutarcho Cim. 12. teste, (ἐκ παλαιοῦ) inter Phaselitas et Chios extabat, societatis, quam si Cl. Raoul-Rochette ex communi utriusque gentis origine natam suspicatur: id certe ad priorem illam Argivorum coloniam, Phaselidem translatam, referendum putavi, cum Chii ab ipso Herodoto II. 178 Jonicis populis adnumerati sint.

Ex iis, quae supra de Rhodiorum colonia diximus, patet, Phaselidem Doricam fuisse civitatem, quod etiam Herodotus l. l. disertis verbis enarrat. Neque adversatur Suidas, qui s. v. Φασηλίς haec habet:

Φασηλιτῶν θῦμα ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ ἀναίμων τίθεται. Φασηλίτας γὰρ τάριχον τῷ Καλαβρῷ (seu Κυλάβρῳ ut Toup. ad h. l. ex Athenaeo posuit) θύειν φησι Καλλίμαχος[12]) ἐν Βαρβαρικοῖς Νομίμοις.

Etenim hic mos, teste Athenaeo lib. VII pag. 297e, ab antiquissimis, civitatis Phaselidensis conditae, temporibus est repetitus. Verum enim vero in hoc singulari sacrificii genere certa quaedam (quam auctor ille non animadvertit) latere mihi videtur notio; et ea quidem, ut hoc modo profiteantur Phaselitae, maximam sese divitiarum copiam mercaturae carnis sale vel fumo conditae[13]) debere. Et huc etiam manu quasi nos ducit Demosthenes in oratione in Lacritum.

---

10) vid. *Meletov γεωγρ.* T. III. p. 176 quo loco nomen Φάρσαλος omissum est.

11) quod Salmasius ad h. l. sine idonea causa mutare voluit in Φάσηλος. cf. Osann. Syllog. inscriptt. p. 314.

12) vid. Callimach. ed. Blomfld. pag. 218 collat. Nicandr. Alexiph. p. 82. ed. Schneider.

Rem narrant etiam Mich. Apostol. et Zenobius.

13) De veterum carnes condendi ratione vide Cl. Creuzer. commentt. in Herod. I. pag. 10.

Omnino autem Phaselitae, quamquam Graeca gente oriundi, a Graecis pro semibarbaris, qui ne umbram quidem τοῦ καλοῦ viderint, habebantur, quippe qui ex barbarorum popularium more piraticam exercerent; unde factum est, ut postea cum ipsis Cilicibus piratis confunderentur.

Sic enim Florus III 6 tradit, Phaselidem, a Cilicibus piratis possessam, a Publ. Servilio Isaurico eversam fuisse.

Attamen paulo post hanc ruinam urbs denuo efloruisse, et, ut antea, suis ipsius legibus res publicas ordinasse videtur, teste Strabone XIV 3: τοῦ δὲ νομοῦ τῶν Λυκίων οὐ μετέχει, καθ' αὑτὴν δὲ συνέστηκεν [14]). Atque adeo pluribus saeculis post vigebat Phaselitarum civitas, quod elucet ex ipsius nummis sub Imperatoribus Romanis (e. g. Antonini et Gordiani Impp. apud Eckhel T. III pag. 9) excusis, et ex inscriptionibus recentioribus, quas nuper inter Phaselidis ruinas investigavit Cl. Beaufort. (Karam. p. 39 — 45 et in append.)

Cum ex urbis prope mare sitae natura [15]), tum ex veterum scriptorum [16]) ac nummorum [17]) testimoniis notum est, Phaselitas navigationi et mercaturae praecipue operam navasse, indeque mox ad magnam divitiarum et potentiae copiam efflоruisse, ita, ut jam ab Herodoto l. l. inter eas urbes selectas commemorari posset, quae pecuniam solvebant ad templum Graecorum Naucratide, in Aegypto, aedificandum. Itemque navalem illius urbis potestatem optime declarat pactio illa commercialis,

---

14) Non dubitavi, quin Geographus h. l. de rerum, quales sua ipsius aetate fuerint, statu locutus sit, quamquam in chronologico rerum a Strabone enarratarum ordine permulta obscuritate laborent. Autonomiam Phaselitarum praeterea etiam produnt nummi quidam ap. Eckhel. T. III. p. 8.

15) Strabo l. l. dicit: Φασηλὶς τρεῖς ἔχουσα λιμένας, πόλις ἀξιόλογος καὶ λίμνη.

16) Vide praeter alios, quos laudavi, Demosth. orat. in Lacritum Phaseliten. Haec quidem oratio, quamquam ad historiam commercii inter Phaselitas atque Atheniences acti non multum lucis affundere videatur, tamen in universum, ad Atheniensium jus navale et commerciale cognoscendum, mirum quantum valet. cf. Meier et Schömann Attisch. Process. p. 773. Böckh. Staatshaltg. d. Athen. T. I. pag. 84. et Osann. Syllog. inscriptt. p. 343. sq.

17) De nummis Phaselidensibus egit Eckhel in libro praestantissimo: Doctrin. Numm. T. III. p. 6 sqq.

In plurimis autem eorum conspicitur symboli loco navigium, quod et ipsum apud veteres φάσηλις, vel, si Herodianus (ap. Steph. Byz. l. l.) audiendus est, φασηλὶς dicitur. Latinis fascelus est.

quam Athenienses cum Phaselitis (post Euclidem archontem, ut putat Osannus cum Boeckhio) pepigerant. Hujus enim pactionis extat documentum (in Eccles. Monaster. S. Joh. Baptist. τοῦ Ὑμέττου ὄρους sec. Fourmt.) lapide incisum, cujus inscriptionem multis lacunis hiantem restituerunt, explanarunt et tamquam pretiosissimam commendarunt V. V. Cl. Cl. D. D. Boeckhius in Corp. inscriptt. T. I. 1. p. 125 et Osann. in Syllog. inscriptt. Nro. 77 pag. 313 seq. Ex omni mercis copia, qua Phaselitae quaestum facere solebant, praeter eam, quam supra attigimus, praecipue nominatur unguentum rhodinum, Phaselinum dictum [18]).

Ceterum, ut paulo ante indicavimus, Phaselitae Graecis contemti erant, idque luculenter docet Demosthenes, qui in oratione in Lacritum Phaseliten eos, tamquam perfidos, mendaces, latrociniis fraudibusque infames, acerrime perstringit [19]).

Quod ad Phaselitarum rem literariam attinet, plures ex iis extitisse videmus viros doctos; ita tamen, ut illi Athenis, vel in aliis Graeciae eruditioris partibus in bonas literas incumberent. Nam praeter Theodectem patrem (quem etiam post mortem honoribus mactabant populares) et filium, habemus Lacritum istum a Demosthene misere discerptum, qui teste Plutarcho (vit. Demosthenis cap. 28) Isocratis discipulus et rhetor [20]) fuit; Critolaum Phaseliten, illustrem illum Peripateticum, de

18) vide Apollonium Herophilum περὶ Μύρων ap. Athenae. lib. XV. pag. 688e et Plin. H. N. XIII 2 et XXIII. 49, qui illius verba reddit. Terra Phaselidensis enim rosis celebrata fuit, teste Nicandr. Alexipharm. apud Athen. lib. XV. pag. 683e.

19) Dem. in Lacrit. init. pag. 923 ed Reisk.: Οὐδὲν καινὸν διαπράττονται οἱ Φασηλῖται ἀλλ' ἅπερ ἐιώθασιν κ. τ. λ. id. pag. 924. καί εἰσι πονηρότατοι ἀνθρώπων καὶ ἀδικώτατοι.

Item Athen. VIII. p. 350a Ἐρωτηθεὶς (scil. Stratonicus) δ' ὑπό τινος, τίνες εἰσὶν οἱ μοχθηρότατοι; τῶν ἐν Παμφυλίᾳ Φασηλίτας μὲν ἔφησε μοχθηροτάτους εἶναι, Σιδήτας δὲ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ. cf. Athen. VIII. 352a. vid. Paw Recherches philos. sur l'hist. Gr. T. II. p. 29.

20) Hunc enim Lacritum, quem Plutarchus Hermippo auctore nominat, eundem fuisse cum isto Demosthenico, ausus sum (Bartoni vestigia secutus) contendere. vid. Demosth. in Lacrit. p. 928 ed Reisk. καὶ μαθητὰς συλλέγει. collat. auct. argum. or. Dem. Lacrit. et Orell. ad Isocrat. περὶ Ἀντιδόσ. p. 210. sq. Sed vide an ille etiam idem fuerit, quem Plutarch. vit. Isocrat. p. 45. ed Westerm. (collat. Phot. bibl. p. 487. ed Becker.) designat verbis: Λάκριτος ὁ νομοθέτης. Haec autem ex Hermippi libro περὶ νομοθετῶν desumsit, quem laudat Athen. XIII. 1, (collat. Ions. scriptt. hist. philos. p. 163. et Locynski

cujus vita et placitis olim disputavit Bened. Carpzovius; et Dionysium Phaseliten qui secundum auctorem vitae Nicandri, Theriacis hujus praefixae, scripsit librum περὶ ποιητῶν. Sed priusquam ab hac materia, justo sane latius constrita, desistam, nominabo Aristaenetum, qui haud scio an Nicaeus ille Eroticorum auctor, an potius antiquior illo et ipse Phaselites fuerit. Hic autem, teste Steph. Byz. s. v. Γέλα, historiam Phaselidis conscripsit, quam nunc aegre desideramus.

§ 4.

De aetate Theodectis.

Pervenimus nunc ad quaestionem de Theodectis aetate, quae cum paulo obscurior, eademque gravioris momenti sit, quam primo oculorum adspectu videri potest, singulari cura est prosequenda. Vir Elegantissimus Schoellius in hist. d. l. lit. Gr. T. VIII in tabula chronologica (et in vers. Germ. T. I p. 265). Theodectis nomen anno Ol. XCIV, 4 = 401 a. Ch. n. apposuit, quod commentum, quoniam absurdius est, quam, ut refutari debeat, verbo satis est indicare.

Inter veteres solus Suidas l. l. certius quoddam de Nostri aetate reliquit vestigium, verbis: τελευτᾷ δὲ ἐν Ἀθήναις ἐτῶν γεγονὼς ἃ καὶ μ΄. Pretiosa sane observatio, quam utinam auctor diligentissimus, circumscriptis ad Olympiadum rationem vitae finibus, integram exhibere voluisset. Sed videamus, an rem conjectura assequi possimus.

Extat enim locus Plutarchi,[1]) quo narrat: Alexandrum M., cum Phaselide versaretur, Theodectis mortui imaginem in foro positam celebrasse, quod factum est anno a. Ch. n. 333[2]). Jam ex sequente voce „ὁμιλίᾳ“ ap. Plutarch. liquet, Theodectem etiam Alexandri jam adolescentis tempore vixisse, itemque consentaneum est, Phaselitas paucis demum annis post mortem popularis sui ce-

---

ad Hermipp. fragmtt.) cum ea, quae idem Plut. in vit. Dem. profert, ex alio Herm. libro περὶ τῶν Ἰσοκρ. μαθητ. hausta esse videantur.

1) Plut. Alexand. 17.: Διὸ καὶ πλείονας ἡμέρας ἐν τῇ πόλει (scil. Φασήλιδι) διέτριψεν· ἐν αἷς καὶ Θεοδέκτου τεθνηκότος (ἦν δὲ Φασηλίτης) ἰδὼν εἰκόνα ἀνακειμένην ἐν ἀγορᾷ, μετὰ δεῖπνον ἐπεκώμασε μεθύων, καὶ τῶν στεφάνων ἐπέῤῥιψε πολλοὺς, οὐκ ἄχαριν ἐν παιδιᾷ ἀποδιδοὺς τιμὴν τῇ γενομένῃ δι' Ἀριστοτέλην καὶ φιλοσοφίαν ὁμιλίᾳ πρὸς τὸν ἄνδρα.

2) vid. Arrian I. 24 sq. collat. Clinton fastt. Hellen. p. 140 sq.

leberrimi monumentum illud in ejus honorem exstruxisse; indeque collegi: [3]) Nostrum circa annum 338 a. Ch. n., Olympiade CX obiisse diem.

Jam si recte se habet, quod Suidas ait, Theodectem quadragiata et unum annum vixisse; natus est Olympiade C., i. e. circa annum 380 a. Ch. n. Ergo paulo minor fuit Aristotele, quod etiam aliis quibusdam argumentis, quae suo quaeque loco proferamus, probatur.

Inter omnia quidem, quae a veteribus passim de Theodecte traduntur, unum solum, idemque celeberrimum nobis superest historicum momentum, quo tamquam fundamento accuratiorem, de chronologicis vitae illius rationibus, disputationem superstruere liceat, — Mausoli mortem dico, de qua in sequentibus (cap. III) non uno loco sermo esto.

Alia denique mihi in promptu sunt argumenta, ex Aristotelis arte Poëtica et Rhetorica desumpta, quibus conjecturae meae majorem fidem facere possim; sed haec alio loco (cap. II § 8) commodius disserentur.

Caput II.

De origine et institutione Theodectis.

§ 5.

Natus igitur est Theodectes Olymp. C, in oppido Phaselide; et patrem quidem habuit Aristandrum [1]), obscurioris sortis hominem, qui filii tantum causa celebratus est.

Praeterea de rebus Nostri domesticis nihil fere traditur, nisi quod Theopompus in loco a Photio in bibl. cod. CCLX [2]) servato narrat, aequalem ipsius Theodec-

---

3) Eundem fere calculum instituit Nitzschius in praef. ad Indic. Scholl. Acad. Kilon. mens. April. 1828.

1) Testibus Steph. Byz. l. l. et Suid. cum Eudoc. l. l.

2) Phot. bibl. ed Becker T. I. p. 120 et inter Theopompi fragmtt.

tem suppellectili satis tenui usum fuisse, et hanc ob causam non omne otium in literarum cognitione augenda, sed simul, exemplo Isocratis, orationibus mercede conscribendis et liberis rhetorica disciplina erudiendis consumsisse, ut haberet, unde viveret. Verum tamen non ab omnibus, quibus literarum studia aleret, foveret, Noster destitutus fuit auxiliis, quippe qui pretiosissimis [3]) illis Isocratis scholis interesse potuerit.

Ad hanc igitur, utriusque de rebus Theodectis familiaribus sententiae, discrepantiam conciliandam, provocandus est Suidas, qui l. l. dicit: Theodectem patre adhuc superstite mortuum esse; inde enim consentaneum est, Nostrum nunquam opibus, quantiscunque, paternis, tamquam suis, usum fuisse. Quaeritur nunc, qui factum sit, ut Theodectes, relictis mercatoriis Phaselitarum tabernis, in almam Musarum sedem migraverit. Jam supra, cum ex Demosthenis oratione in Lacritum, tum ex inscriptione laudata docuimus, Phaselitas saepius portus forumque Athenarum frequentasse; quid igitur mirum, quod Noster adolescens, qua fuit ingenii alacritate, ex popularium narrationibus ingens conceperit animo Athenas visendi desiderium? Aut quid tandem impedit, quo minus putemus, Theodectem, jam puerum, patrem ad mercaturam proficiscentem fuisse comitatum, et mox, cum primum, missa barbarie, *Κοσμόπολιν*, omnium artium literarumque nutricem, delatus, philosophorum disputationes, rhetorum institutiones, clarissimorum oratorum actiones, ne multa, pulcherrimos quosque praestantissimorum ingeniorum flores mirari, vel degustare coepisset, inexplebili quadam exarsisse sapientiae hauriendae cupiditate, ut, missis vilibus mercatorum negotiis, totum se ad artium liberalium studium converteret? —

Hoc igitur eximio pueri magnanimi desiderio, immixtisque (ut quidem suspicamur), illius precibus permotus, Aristander filium tradidit in disciplinam Isocratis [4]), perfecti illius magistri, cujus domus, ut Tullius praegnans ait, cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi.

---

ed. Wichers p. 62 collat. p. 142. haec leguntur: *ἀλλὰ καὶ Ἰσοκράτην μὲν δι' ἀπορίαν βίου καὶ Θεοδέκτην μισθοῦ λόγους γράφειν καὶ σοφιστεύειν ἐκπαιδεύοντας τοὺς νέους ἀχθεσθέν χαρπουμένους τὰς ὠφελείας. κ. τ. λ.*

3) De immenso *τροφείῳ*, quo Isocratis disciplina constabat, egit Schirach in dissertat. I. de Isocrat. p. 10. Cf. Cresoll. theatr. rhet. p. 218 (in Gronov. thes. T. X.)

4) cf. Suid. s. v. *Θεοδέκτης* et multi alii testes sunt, quorum longius est nomina decantare.

Sed priusquam haec κατὰ λέπτον licet disserere, juvat h. l. commemorare errorem quendam, in quem, antequam ipsi mihi rerum Theodectearum chronologiam constituere, atque argumentis confirmare contigerit, olim me induxit perversus iste Schoellii calculus, quo Phaselites viginti annis, et supra, major, quam vere fuit, fuisse, perhibetur. Nam si hoc verum esset, Theodectes circa Olympiadem XCVIII. Isocratis auditor fuisset, quo tempore hic, relictis Athenis propter belli, contra Lacedaemonios orti, strepitus, Chium migrasse ibique rhetoricas scholas aperuisse dicitur, quibus imprimis interfuit discipulus illustrissimus Theopompus Chius [5]).

Jam si ea spectas, quae supra de Phaselitarum cum Chiis societate, praeeunte Plutarch. vit. Cim. disputavimus, supputatio illa aliquam certe veri speciem habere videtur; et id profecto concedam, primam Isocrateae disciplinae laudem Chio Phaselidem esse propagatam. Quod vero ad ipsam Nostri eruditionem attinet, non est quod pluribus confirmetur, quantum calculus iste a vero aedeat diversus.

Theodectes enim vix ante Olympiad. CIV (i. e. circa annum aetatis suae decimum sextum) ad Isocratis scholas admitti poterat, quo tempore hic jamdudum in patriam redux, Athenis eximia rhetoricarum institutionum fama florebat.

§ 6.

Cum omnes fere, qui inter veteres de rhetorices utilitate disputaverunt *), haec studia praecipue ad juvenilem animum exercendum atque excolendum commendaverint, tum omnes ad unum in eo consentiunt: praeclaram illam, quam diximus, rhetoricarum institutionum utilitatem ad Isocratem auctorem esse referendam, qui primus inter Graecos hanc artem ita confirmaverit atque amplificaverit, ut, et tironum ingenia mirifice aleret, et civium ad respublicas aggredientium studia promoveret. Nam, qui ante illum rhetoricen tractarunt **), — Gorgias, Protagoras, Co-

---

5) Hanc rem praeclare explanavit, ac Plutarchi vit. Isocrat. et Photii bibl. cod. CCLX. testimoniis confirmavit Evs. Wichers ad Theopomp. Ch. p. 7. sqq. cf. Schirach dissertat. I. de Isocrat. p. 10 sqq.

*) vid. e. g. Aristotel. ap. auctor. προλεγγ. τῶν στάσεων p. 33 (in Walz. T. VII. 1.)

**) Eorum historiam explanavit Joh. Sicul. Doxopater Προλεγόμενα τῆς ῥητορικῆς cap. 3 sq. (ap. Walz. Rhett. Grr. T. VI. p. 11 — 16) quem librum adhuc neglexerant VV. DD. et Anonym. προλεγγ. τῶν στάσεων p. 6 sqq. (ap. Walz. T. VII. 1.)

rax, Tisias, ceteraque sophistarum turba, — summa isti quidem acutioris ingenii contentione in rerum illustrium disputationibus, quae nunc communes appellantur loci, versabantur, unde pestiferum quoddam in candidiora veritatis eruendae studia philosophica defluxit damnum, utilitas fere nulla.

Ecce tibi exortus est Isocrates, qui, missis vanis illis et ad ostentationem solum comparatis disputationibus, (de quibus Cicero sexcentis locis, inprimis vero in Orat. 11. egit [1]) transiit ad genus dicendi forense et deliberativum, quam rem bene illustravit Dionys. Halic. de Isocrat. Judic. cap. I.: (Ἰσοκράτης) πρῶτος ἐχώρησεν ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ φυσικῶν ἐπὶ τοὺς πολιτικούς, καὶ περὶ ταύτην σπουδάζων τὴν ἐπιστήμην διετέλεσεν· ἐξ ἧς, ὡς φησιν αὐτὸς, τὸ βουλεύεσθαι καὶ λέγειν καὶ πράττειν τὰ συμφέροντα παραγίνεται τοῖς μαθοῦσιν. ἐπιφανέστατος δὲ γενόμενος τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκμασάντων χρόνον, καὶ τοὺς κρατίστους τῶν Ἀθηναίων τε καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι νέων παιδεύσας [2]) κ. τ. λ.

Tum, quod ad orationis formam attinet, Isocrates, cum cetera melius, quam superiores, tum probe [3]) intellexit, etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen et numerum quemdam oportere servari. Aliorum enim dictio, [4]) etiamsi magna cum cura exquisita, mi-

---

1) Orat. 11. „Laudationum, scriptionum, historiarum, suasionum reliquarumque rerum forma, quae absunt ab forensi contentione, ejusque totius generis, quod ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est.“ Nihilominus gravissimus ille arbiter hoc dicendi genus non plane rejiciendum esse censuit, cum paulo post adderet: „Est enim illa quasi nutrix ejus oratoris, quem informare volumus, et de quo molimur aliquid exquisitius dicere.“

Alio quidem loco (de Orat. III. 35) Cicero sibi ipsi contradicere videtur, sed hoc ex licentia sua oratoria fecit, qua alterum immerito deprimit, cum in altero altius tollendo versatur. cf. Schirach. dissertat. I. de Isocrat. pag. 4 sqq. quo loco ἐπιδείξεις graecorum oratorum egregie illustrantur; et Cresoll. theatr. rhet. p. 92 (in Gronov. thes. T. X.)

2) cf. Schirach. ibid. pag. 7. sqq.

3) Quod Cicero, cujus verbis orationem nostram ornavimus, in Bruto cap. 8 habet: „primus intellexit,“ hyperbolice id (ut solet) dixisse videtur, cum idem in Orat. cap. 32. disertis verbis tradat, Thrasymachum jam antea elocutioni, quam Graeci ἑρμηνείαν, vel potius λέξιν dicunt, operam dedisse. Adde et aliud Ciceronis de Isocrate judicium, quod legitur in lib. III. de Orat. cap. 44. cf. Joh. Sicel. scholl. in Hermog. Idd. H. p. 498 sqq. (ap. Walz. T. VI.)

4) Ut dicit V. D. Leonh. Spengel in libro omni mea laude superiore, cui titulus est: Συναγωγὴ Τεχνῶν pag. 149.

nus tamen elucet, ita ut vulgarem magis loquendi consuetudinem secutos esse credas; in Isocratis periodis latatis et rotundis, quae tam suaviter in lectorum auditorumque aures sese stillant, stupidus, qui non ubique laborem et, ut ita dicam τὰς δευτέρας facile agnoscat φροντίδας.

Finem rhetoricea (et eundem quidem Sophistarum dilemmata redolentem) Isocrates hunc statuit: esse rhetoricen πειθοῦς δημιουργόν, h. e. persuadendi opificem; quam ob rem a Quintiliano III. 16 vituperatur. Verum neque haec, neque graviora Hermogenis [5]) verba indigna videntur tanti oratoris ingenio, dummodo spectes Isocratem non tam in mentis, quam in animi captatione posuisse rhetorices finem.

Et hoc quidem concedam, Isocratem sub vitae exitum vigentibus jam Theodecteae et Aristotelicae disciplinae legibus, suam de rhetorices fine sententiam conformasse; praesertim cum videamus eum paulatim ad aliam dicendi formam transiisse. Nam ille, [6]) se ipse tantum, quantum aetate procedebat, relaxarat a nimia necessitate numerorum, quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, quum jam ad modum senex esset: in quo dicit, sese minus jam servire numeris, quam solitus esset. Ita non modo superiores, sed etiam se ipse correxerat.

Tum etiam in singulis orationis partibus rectius disponendis mira cum arte ac diligentia versatus est Isocrates. Priores enim theoretici multas in partes orationem distribuebant, inde ab Isocrate, quod rerum naturae maxime congruum, in quatuor disposita membra, omnibus fere, qui postea secuti sunt, probata. Prooemium nempe sequatur διήγησις, cui πίστεις h. e. orationes et argumenta, subjungendae; epilogus denique orationem concludat [7]). Denique sat est verbo indicare, [8]) Isocratem, qui dicendi artem tali modo excoluit, ac certis denique legi-

5) Hermogen. p. 136 ed Ald ejusque Scholiast Syrian. p. 581 referunt: καὶ γὰρ Ἰσοκράτης ἔργον ἔφασκεν εἶναι ῥητορικῆς, τὰ μὲν σμικρὰ μεγάλως εἰπεῖν, τὰ δὲ μεγάλα σμικρῶς, καὶ τὰ μὲν καινὰ παλαιῶς, τὰ δὲ παλαιὰ καινῶς. Quae verba, praeeunte L. Spengel p. 136, ex ipsa Isocratis arte sumta censui, collat. Joh. Siceliot. scholl. in Hermog. Idd. p. 133 et 139 (ap. Walz. T. VI.) cf. Demetr. de elocut. §120 sq.

6) Auctor est Cicero in Orator. cap. 52.

7) cf. Cicero. de Orat. II. 19. Nuper rem bene explicuit L. Spengel p. 136 sqq. cujus verbis passim in hac disputatione contexenda usi sumus. cf. Cl. Westermanni librum optimae notae s. t. Geschichte der Griech. Beredtsmkt. p. 139.

8) Optime haec rem illustravit Beatus Mansò Nostr in progr. über die Bildung der Rhetorik unter den Griechen. Breslau, 1820.

bus moderari conatus est, [9]) id summopere egisse, ut eam remotis omnibus iis, quae ab ea aliena essent, purgaret, eique (quod Aristotelico demum ingenio contigit) certam quandam eandemque honorificam inter gravem literarum consessum sedem vindicaret. Ille igitur, ut jam supra (§ 5) Theopompi [10]) verbis comprobavimus, non tam dicendi, quam docendi facultate praevalebat; cujus e ludo, tamquam ex equo Trojano (ut cum Cicerone de Orat. II. 22 loquar) meri principes exierunt. Itaque et illi: Theopompus, Ephorus, Philistus, Naucrates, Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus multique alii, in quibus Theodectes noster non ultimo loco nominandus est, naturis quidem differunt; voluntate autem et eodem veritatis genere similes sunt et inter sese et magistri [11]).

---

9) Sunt quidem, qui Isocratem artem literis mandasse negent: Cic. de Invent. II. 2 (de quo loco vide Manso vermischte Abhdlgg. pag. 28.) Quintil II. 15, 4; Plut. vit. X. oratt. pag. 838 E. Phot. bibl. cod. 260 pag. 486b, cum alii veterum scriptorum loci ei τέχνην vindicent: in his Cic. Brut. 12; Quintil. II. 15, 33 & III. 1, 15; Plutarch. Demosth. 5. Schol in Hermog. εὑρέσεων part. II. (ap. Walz. T. VII. 2 pag. 721), in ejusd. στάσεις p. 712 (Walz. Tom. IV.) in Idd. p. 917 et 1046 collat. p. 1039 (ap. Walz. T. VII., 2) Schol. in Aphthon progymn. in cod. VIII. Monac. ap. Spengel pag. 226. Joh. Siceliot. scholl in Hermog. Idd. I. p. 156 ap. Walz. T. VI. collat. Maxim. Planud. scholl. T. V. p. 469 (vide nos § 41) Tzetz. Chiliad. XI. 654 et Ἀνονύμου βίος Ἰσοκράτους, quem locum, cum a nemine adhuc observatum videamus, integrum describamus. Legitur in Συλλόγ. ἀποσπ. ἀνεκδότ. ἑλλην. σπούδῃ Ἀνδρ. Μουστοξύδου καὶ Δημητρίου Βυζαντίου. 1816. Γ pag. 14. Λέγεται δὲ ὡς, ὅτι καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἔγραψε (scil. Ἰσοκράτης). ἐρεῖ δέ τις καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει; λέγομεν, ὡς ὅτι Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος συναγαγὼν τέχνας ῥητορικὰς ἐμνήθη καὶ ταύτης.

Alii denique: Manut. ad Ciceron. epp. ad divv. 1, 9 Frotscher ad Ruhnken. hist. crit. pag. 84. Spaldg. ad Quintil. II. 15 4. rhetorica illius scripta Apolloniatae Isocrati tribuere maluere. Sed hos ad promtos sententiae nostrae propugnatores, Spengelium p. 154 sqq. et Westermann. p. 139 sqq. delegamus, qui hoc πρόβλημα optime διευκρινήσουσι. Vide etiam, quae nuperrime de Isocratis theoria rhetorica scripsit Ed. Müller (Odofredi clarissimi frater) in: Geschichte d. Theorie der Kunst bei den Alten T. I. p. 215 sqq.

10) collat. Cic. Brut. cap. 8.

11) vid. Suid. s. v. Ἰσοκράτης. Dionys. Halic. de Isaeo cap. 19. ejusd. ep. ad Ammae. I. § 2. Plutarch vit Isocrat. Ciceron. et Quintil. sexcentis in locis. Hermippi autem librum περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, quem deperditum dolemus, supra § 1 laudavimus.

cf. Schirach dissertat. I. de Isocrate pag. 10 sqq.

§ 7.

In philosophicis studiis prosequendis Theodectes usus est Platone magistro [1]); idque eodem fere, quo Isocratis scholam frequentabat, tempore eum fecisse consentaneum est. Nam quod Suidas, et cum eo Eudocia, inter Nostri magistros Platonem ante Isocratem nominat, ea causa id fecisse videtur, quod ille aetate major fuit. Neque hoc curandum est, quod Spengelius pag. 143 ex Platonis scriptis collegit: „Inde a philosophia, vel theoretica ratione, exordium esse sumendum et descendendum ad illa, quae rhetores vulgo tractant. Quid enim verum, quid falsum, inprimis advertendum; quod ut fiat, res ipsa considerandа penitusque hauriendа. Talia philosophus facilius perscrutetur, quibus externa si accedit exercitatio, adest jam vera ars oratoria.“
Sed contra multis veterum testimoniis probatum videtur, Isocratem juniores discipulos habuisse, ac Deus ille noster Plato. Tum ii quoque vehementer errant, qui Nostrum dicant scholis Platonis, qui toti rhetoricae ingens bellum intulit, eamque debellare conatus est, a rhetoricis studiis fuisse revocatum. Extat enim locus Platonis in Phaedri fine (T. X. p. 389) quo ille sub Socratis persona haec [2]) profert: „Majore mihi ingenio videtur (scil. Isocrates adolescens) esse, quam ut cum actionibus Lysiae comparetur. Praeterea ad virtutem major indoles ut minime mirum futurum sit, si, quum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum, quantum nunc pueris, reliquis praestet omnibus, qui unquam orationes attigerunt, aut si his contentus non fuerit, divino aliquo animi motu majora concupiscat. Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quaedam.“ At ea scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum: hunc miratur unum.

Quocunque tandem modo haec res sese habeat, hoc tamen constat, Theodectem non sine fructu ex philosophicis Platonis scholis rediisse, et hanc disciplinam etiam inter privatas parietes aluisse. Nonne enim is, qui apologiam Socratis, Aristoteli [3]) censori probatam, scripsit,

---

1) vid. Suid. et Eudoc. s. v. *Θεοδέκτης*.

2) Sic enim Cicero Orat. 13 h. l. ore latino reddit. cf. *Ἀνωνύμ. βίον Ἰσοκράτ.* in Mustoxyd. syllog. anecd. Hellenic. III. p. 12. vid. Manso l. l. pag. 16 sqq.

3) vid. Aristot. Rhetor. II. 23 § 18 collat § 15, quem locum infra cap. IV. a. fin. et in commentat II. cap. 3 repetere fas est.

Item Plutarchus in vit. Alex. l. l. non sine laude philosophica Theodectis studia commemorare videtur.

aeque acutus philosophus ac perfectus rhetor putandus est? Alia quaestio est de anno, quo Phaselites in scholam Platonis receptus sit. Ac vidimus quidem Theodectem, si ratio nostra constat, non ante Olympiadis CIV. initium, = 364 a Ch., cum aetatis suae annum ageret circa sextum decimum, Athenas migrasse, quo tempore Plato vix a secundo itinere Syracusas facto redierat [4]).

Potuit igitur Noster Platonem, aut inter secundum et tertium iter ejus, aut, quod ex antecedentibus veri est similius, post tertium (h. e. post. Olympiad. CV, 1 = 360 a. Ch. n.) audire.

§ 8.

Sunt etiam, — iidemque teates haut ita leves [1]), — qui dicant Theodectem Aristotelis discipulum fuisse; id, quomodo intelligendum sit, perscrutari, haud otiosum mihi visum est.

Primum absurdum est illud, quod nonnulli crepant, Theodectem Stagiriten in Lyceo audiisse, cum haec schola demum Ol. CXII, 2 = 334 a. Ch. (h. e. circa septem annos post Nostri obitum) ab Aristotele reduce condita sit.

Si quis vero Theodectis nomen in Peripateticorum Catalogo [2]) quodam reperisse sibi videatur, hoc ad filium Nostri referendum esse satius duco. Patritius quidem, quamquam is in ceteris malae fidei scriptor nobis repertus est, hoc tamen, quod in discuss. Peripatett. p. 129 de Theodecte recens enucleavit, cautius prospexisse sibi

---

4) Debemus hunc calculum V. D. Stahrio, qui in Aristotelia T. I. pag. 43 docte demonstravit, Platonem jam Olympiade CIII., 2 = 367. a Ch. iterum Syracusas profectum fuisse, quod ex vulgari (Clintonii aliorumque) ratione demum Olymp. CIV., 1 = 364 a Ch. factum perhibetur.

1) Cicero Orat. 51 „Ejus (scil. Aristotelis) auditor Theodectes (ut Aristoteles saepe significat) politus scriptor etc.“ quem locum totidem fere verbis reddidit Rufinus de composit. verbor. p. 316 ed Paris. Item Quintilianus pluribus locis hoc significare videtur.

Ceterum rem distinctis verbis enarrant: Val. Maxim. VIII. 14, 3 ed. Helfrecht. Athenae XIII. p. 566c ubi vid. interprett. et Suid. et Eudoc. l. l., quos nostris temporibus secuti sunt Ionsius de scriptt. hist. philos. p. 389 sq. Fabricius, Harlesius, Ruhnkenius, alii.

2) vid. Diog. Laërt. V, 24. Phot. bibl. cod. CLXVII. (T. I. p. 115 ed. Bekker) in margine (vide nos supra § 2) Scripsit autem Nicander Alexandrinus περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν (teste Suid. s. v. Λίσχρων collat. Ionsio l. l. et Menag. ad Diog. Laërt. T. II. p. 200) et Demetrius Magnes (Ciceronis aequalis) περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων. vid. Stahr, Aristot. T. I. p. 6 sq.

videtur. Dicit autem ille: „Videtur namque is socius et amicus Aristotelis fuisse potius, quam discipulus; nullius enim discipuli Aristoteles unquam mentionem facit.“

Fabricius et cum eo Harlesius (bibl. gr. T. III p. 508) in hac causa ancipites haerent. Neque Graefenhahnius, qui ad Aristot. Poët. prolegg. p. XXIII et p. 187 recte vidit, Aristotelem Nostro majorem fuisse, lucem attulit.

Minime etiam Buhlius ad Aristot. Rhet. II 23 § 3 et Tyrwhittus ad Poëtt. p. 150 sunt audiendi, qui cum illum, quem debellamus, errorem evitare studerent, majus etiam commiserunt vitium: dicendo, Nostrum Aristotele natu grandiorem fuisse. Nitzschius vero, et qui, saepius laudandus est, Stahrius Aristot. T. II p. 287 Nostram, qua Theodectes Aristotelis familiaris fuit, sententiam defendunt.

Jam Dionysius Halicarnassensis, antiquissimus fere eorum, qui nobis in hac causa supersunt testes, cum multis locis Theodectem commemoret, tantum abest, ut eum Aristotelis discipulum dicat, ut potius illum ante Aristotelem nominet [3]), quod, nisi egregie fallor, non tam aetatis utriusque ratione habita, sed quod Theodectis ars paulo antiquior fuerit Aristotelica, fecisse mihi videtur; et hoc etiam luce clarius prodidit in Epist. I ad Ammaeum [4]).

Redeamus nunc ad Ciceronis locum modo (not. 1) laudatum, quem si accuratius perpendere velis, vide an erroris fons detectus sit.

Nam qui illum secuti sunt, vocem „auditor“ pro „discipulo“ accipiebant, aut, qui cum eo ex iisdem

---

3) Dionys. Hal. de composit. verbor. cap. II. ταῦτα δὲ Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης.

Id. de admir. vi dicendi Demosth. cap. 48 ὡς Θεοδέκτῃ τε καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ.

Cicero autem in Orator. 37. hunc ordinem suomet arbitrio sustulit.

4) Dionys. Halic. ep. ad Amm. I. § 2. Τοῦτο δὴ πεποίηκα, βέλτιστε Ἀμμαῖε, τῆς τ' ἀληθείας προνοούμενος, ἣν ἐπὶ παντὸς ὅτου μάλιστα δεῖν πράγματος ἐξετάζεσθαι, καὶ τῆς ἁπάντων τῶν περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἐσπουδακότων χάριτος· ἵνα μὴ τοῦθ' ὑπολάβωσιν, ὅτι πάντα περιέλιψεν ἡ Περιπατητικὴ φιλοσοφία τὰ ῥητορικὰ παραγγέλματα. καὶ οὔτε οἱ περὶ Θεόδωρον καὶ Θρασύμαχον καὶ Ἀντιφῶντα σπουδῆς ἄξιόν οὐδὲν εὗρον, οὔτ' Ἰσοκράτης καὶ Ἀναξιμένης καὶ Ἀλκίδαμας, οὔτε οἱ τούτοις συμβιώσαντες τοῖς ἀνδράσι παραγγελμάτων τεχνικῶν συγγραφεῖς καὶ ἀγωνισταὶ λόγων ῥητορικῶν, οἱ περὶ Θεοδέκτην καὶ Φλίσκον καὶ Ἰσαῖον καὶ Κηφισόδωρον — οὔτ' αὐτὸς ὁ Δημοσθένης — τοσοῦτος ἂν ἐγένετο — εἰ μὴ τὰς Ἀριστοτέλους τέχνας ἐξέμαθεν.

Graecis fontibus hauriebant, in voce μαθητής interpretanda, quippe quae latiore sensu usurpata, utramque illam notionem complectatur, lapsi sunt.

Equidem habeo mihi persuasum, Theodectem ineptius Aristotelis discipulum dictum fuisse, cum omnino ejus auditor dicendus sit. Id quomodo se habeat, apparet ex loco Ciceronis de Orat. III 35. „Itaque ipse Aristoteles, quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ille suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam disciplinae suae[5]);“ etc.

Eodem modo postea Quintilianus in institutt. orat. III. 1, 14. dixit. „Hinc velut diversae secari coeperunt viae. Nam et Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere, eoque jam seniore, pomeridianis[6]) scholis Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit.“

---

5) Eadem fere tradit Tullius in Tuscull. I. 4. Similiter Mar. Victorin. ad Cic. Rhetor. II. haec: „Aristoteles — gloria Isocratis motus, rhetorica praecepta tradidit.

6) Juvat his subjungere locum Aul. Gellii N. A. XX. 5: „Ἐξωτερικὰ (Aristotelis) dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes — conducebant. — disciplinae, quam dixi ἀκροαματικὴν, tempus exercendae dabat in Lyceo matutinum; — illas vero ἐξωτερικὰς auditiones, exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat, atque hoc δειλινὸν περίπατον appellabat, illud alterum ἑωθινόν.“

Item Sopater atque Syrianus ad Hermog. pag. 120 ed. Ald. (quem locum tangit Spengel p. 167 sq.) cum dicunt rhetoricen utilem esse quatuor de causis, sic pergunt: „Τέταρτον τὸ πᾶσαν ἐν λόγοις ἔννοιαν, ἥτις πρὸς ἅπασαν ἐπιστήμην χρήσιμος, ἐκ ταύτης ἡμῖν περιγίγνεσθαι. ὅθεν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς δειλιναῖς προσόδοις τῶν ἑταίρων ῥητορικὰ προβλήματα μελετᾶν αὐτοὺς κατηνάγκαζε, δύο τέχνας φάσκων εἶναι τοῦ πείθειν ἐν λόγοις, ῥητορικὴν καὶ διαλεκτικὴν, τὴν μὲν εἰσοράδην, διαλεκτικὴν δὲ ἐν τῷ διαλέγεσθαι· καὶ συνεχῶς ἐπεβόα,

„αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.“

Οἱ μὲν οὖν τῶν δειλινῶν ἀκροώμενοι συνόδων, αἳ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἐγύμναζον λόγους, ἐξωτερικοὶ ἐκαλοῦντο, οἱ δὲ τῶν ἑωθινῶν περὶ φιλοσοφίαν λόγων ἀκροαματικοί.

Ac neminem puto latere, in his priores Aristotelis scholas cum posterioribus, quas post reditum in Lyceo habuit, misceri. cf. Stahr. Aristot. T. I. p. 113. De versu illo ex Philocteta tragici incesti sumto vid. Müller ad Ciceron d. Orat. l. l. Spaldg. ad Quintil. II, Eurip. fragmtt. ed. Morus & Beck. (T. II. p. 405.) et ad Matthiae (T. IX. p. 265 sq.) Schütz ad Cic. ad Attic. VI. 8.

Plutarch. adv. Colot. p. 1108 B. T. V. p. 528 ed. Wyttbch. vid. Menag. commentar. in Diog. Laërt. T. I. p. 577 sq. ed. Hübner, et

Haec igitur omnia[7]) mirifice declarant: Aristotelem jam antequam in Macedoniam accesseretur, dum Isocrates viveret, Atheniensium juventutem rhetoricis disciplinis erudivisse; quae cum certe non ipsius Ciceronis mente excogitata, sed ex antiquioris cujusdam scriptoris traditione petita sint, miror sane, quid sit, quod doctissimus Dionysius Halic. in Epist. I. ad Ammaeum tam anxie, quam perverse versatus sit in quaestione: num quid Demosthenes rhetoricis Aristotelis institutionibus profecerit[8]). Hoc enim factum esse negat, cum Aristoteles majora rhetorica serius ederet, Demosthene jam dudum floreate. Sed Dionysius primum non vidit, Aristotelem jam antea rhetorica quaedam scripta (quae ipse Halicarn. rhetor alio loco, ut infra cap. IV. et V. videbimus, respexit) evulgasse, deinde vero, Demosthenem priores illas Stagiritae scholas frequentare potuisse.

Jam, quae de Aristotelis in rhetoricam artem meritis dicenda sunt, haec aptius alio loco (cap. V.) proferentur; duos tamen locos nequeo silentio praetermittere, quibus novum Stagiritae rhetoricen docendi genus, diversum ab Isocrateo, paucis his verbis describitur.

Et alter quidem est in Ciceron. Orator. cap. XIV.: „Haec igitur quaestio a propriis personis ad universi generis orationem traducta, appellatur θέσις. In hac Aristoteles adolescentes, non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramque partem, ut ornatius et uberius dici posset, exercuit: idemque locos (sic enim appellabat) quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio.“ (collat. Cic. de finib. V. 4. et Theon. progymn. in Rhett. Gr. ed. Walz. T. I. p. 165). Alter locus legitur ap. Diog. Laërt. V. 3. (Ἀριστοτέλης) καὶ πρὸς θέσιν συνεγύμναζεν τοὺς μαθητὰς ἅμα καὶ ῥητορικῶς ἐπαιζών[9]).

Hübner ad Diog. Laërt. V. 3. cf. Stahr. Aristot. T. I. p. 63 sqq. et nos in not. 9 ejusd. §.

7) Ad quae nos manu quasi duxit Cl. Stahrius T. I. l. l. et T. II. p. 286 — 288. vid. contra Ritter Gesch. d. Philosoph. T. III. p. 8.

8) vid. Niebuhr, kleine historisch-philolog. Schriftt. T. I. p. 482. et Stahr T. I. p. 158.

9) Hoc autem loco Laërtius sibi constat, cum de Aristotelis scholis Peripateticis loquens in versu illo proverbiali Ξενοκράτην ponat, quod omnes fere viri docti, qui in hoc versu interpretando laborarunt (vid. ejusd. § not. 6) in Ἰσοκράτην mutandum censuere. Sed αἰσχρὸν σιωπᾷν. Quidni enim Stagirites eundem versum, quem in Isocratem dixerat, postea contra Xenocratem usurpare poterat? — cf. Mar. Victo-

Quae quidem Aristotelis cum Isocrate aemulatio [10]), primum mere literaria, mox in apertam degenerare coepit inimicitiam; unde et acerbus iste (quem modo laudavimus) Philoctetae versus, quo Aristoteles aemulum carpere solebat, cum ab altera parte pugnator probe succinctus in arenam descenderet, Cephisodorus, qui apologiam Isocratis evulgavit [11]).

Rebus ita comparatis non mirum, quod multi, iidemque optimi Isocratis discipuli nova fortioraque Stagiritae signa sequi maluerint; atque (quod summum est in tota hac quaestione) inter primores excelluit juvenis strenuus et ad optima quaeque promtus paratusque, Theodectes Phaselites [12]).

Hunc autem Aristoteles ita adamavit, ut eo, quamquam minore, familiarissime uteretur; quare Athenaeus [13]), nugarum omnium ac quisquiliarum curiosissimus jocose ad turpem amorem, quo ille Theodectis forma captus sit, alludere videtur. Sed de hoc neque in illa, neque in Socratis et Alcibiadis familiaritate est cogitandum.

Hoc vero liquet, Nostro omnia, quae jucunda ex humanitate alterius et moribus homini accidere possunt, ex illo accidisse.

Quaeritur nunc, quid in hac diurna Theodectis cum Aristotele consuetudine alter alteri, in rhetorices ceterarumque literarum studiis prosequendis, debuerit. Atque egomet habeo mihi persuasum, Theodectem prius au-

---

sim. qui l. l. narrat: Aristotelem, gloria Xenocratis motum, philosophiae praecepta tradidisse:

vid. H. Ritter Gesch. d. Philosoph. T. III. pag. 8.

10) vid. Aristot. Rhetor. I. 9 § 38 ubi Buhle Commentt. cund. III. 17 § 10, 11 et 17. Dionys. Halic. de Isocrat. Judic. cap. 18. Cicero Offic. I. 1, § 4. de Invent. I. 2 et 3. Tuscul. II., 3, 9. Ad Attic. II. ep. 1. cf. Schirach de Isocrat. diss. II. pag. 51 sq. Westerm. Geschichte d. Gr. Berdtskt. p. 149. Stahr I. 63 sqq. collat. p. 285 sqq.

11) vid. Dionys. Halic. de Isocrat. judic. cap. 18. Athen. Deipnos. lib. II. p. 60c et lib. III. 122 a. et b. Themist. Sophistt. p. 285 cf. Stahr Aristot. l. l. Contra illos: Aristocl. Messen. ap. Euseb. praep. Evang. XV., 2 p. 792 A. et Alex. Numen. ap. Euseb. l. l. XIV. 16 p. 732.

12) vid. Stahr Aristot. l. l. p. 287.

13) Ath. Deipn. lib. XIII. p. 566e: Σωκράτης δ' ὁ φιλόσοφος, ὁ τῶν πάντων καταφρονῶν, τοῦ Ἀλκιβιάδου κάλλους οὐχ ἥττων ἐστίν. ὡς καὶ ὁ σεμνότατος Ἀριστοτέλης τοῦ Φασηλίτου μαθητοῦ.

Quis nunc (ut et hoc argumento utar) qui haec legat, dubitet, quin Noster Aristotele paulo recentior natu fuerit.

spice amico rhetorices praecepta [14]) evulgasse, cui sententiae tum ipse Aristoteles fidem facere videtur, tum potissimum Antiphanes comicus ap. Athenae. lib. IV. p. 134 B. [15]). Huc accedit Dionysius Halic, qui, ut paulo ante notavimus, Theodectis nomen ante Aristotelicum ponit; et Diog. Laërt. V. 1, § 24 ed. Hübner, qui inter Aristotelis scripta nominat librum, sub hoc titulo: *τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς ά.* [16]).

Denique autem laudandum est testimonium (Doxopatr. prolegg. Rhet.) Scholiastae in Montfaucon Bibl. Coislin. p. 394 [17]), ad quem locum, comparato eodem cum Isocrateis rationibus a Dionys. Halic. expositis, Spenglius p. 156 ingeniose haec adscripsit: „quae Isocrates invenit, immutata probavit Theodectes et sic alii huic auctori tribuerunt.“

Verum enim vero Aristoteles ante, quam majora rhetorica (quae optime declarant studiorum utriusque viri vicissitudinem) componeret, et multo ante, quam stipatus gregibus discipulorum in Lyceum descenderet, plura scripta rhetorica evulgavit, velut *Γρύλλον, Σοφιστήν, τὰ Θεοδεκτεῖα*, alia [18]).

Theodectea [19]) quidem ipse auctor commemorat in Rhetor. III. 9 § 9: *αἱ δ' ἀρχαὶ τῶν περιόδων σχεδὸν ἐν τοῖς Θεοδεκτείοις ἐξηρίθμηνται.* et auctor epistolae spuriae Rhetoricis ad Alexandrum (quae sub Stagiritae nomine circumferuntur) praefixae: *ἐν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ τέχναις Θεοδέκτῃ γραφείσαις.*

---

14) vid. Dionys. Halic. Cicer. Quintil. Stephan. Byz. et Eustath. Suid. et Eudoc.

15) Qui locus infra cap. III. § 14 in alia causa adhibendus est.

16) Sic habent Stephan. et Buhl. (in Argum. libror. Aristot. Rhett. et in append. p. 547 ed Bipont. T. IV.) cum codd. Cantabr. et Arundel. Menag. cum codd. Stephan. et Monac. *συναγωγῆς.*

Vit. Aristot. ap. Menag. *τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ'.* cf. Nunnes. et Menag. ad h. l.

17) Ad hunc quidem mox (cap. V. § 31) revertemur.

18) Vid. Quintil. II. 15, 10. Diog. Laert. V. 1 Anonym. biogr. Aristot. in Menag. animadv. ad Diog. Laërt. V. 1 §. 35 et Catalog. bibl. hispan. T. II. p. 300 (quae omnia repetita sunt in Aristot. opp. T. I. p. 19 — 42. p. 61 — 67 et T. IV. praefat. ed Bipont. auct. Buhl.)

cf. Buhle in Ersch u. Gruber Encyklop. s. v. Aristoteles. Tietze de Aristot. opp. serie et distinct.

Leonh. Spengel p. 168. et Stahr. T. II.

19) de quibus infra cap. IV. pluribus agendum est.

Ad hos autem locos [20]) referenda est ista historiola, qua Valer. Maxim. VIII. 14, 3 ed. Helfrecht. Aristotelis gloriae cupiditatem ostendere studet: „Is namque Theodecti discipulo oratoriae artis libros, quos ederet, donaverat: molesteque postea ferens, titulum eorum sic alii cessisse, proprio volumine, quibusdam rebus inaiteis, planius sibi in Theodectis libris dictum esse, adjecit.“ Cui quidem narratiunculae, sive ex ipso divino Valerii ingenio, sive aliunde sumto judicio profecta sit, cum doctissimi critici eandem genuinam agnoscant, indeque sua argumenta ducant, non multum, vel nihil potius tribuo [21]).

Sed quomodocunque haec se habeant, certe non tantum valent, ut scriptorum rhetoricorum, quos ipse Theodectes composuisse dicitur, infringere videantur; nihilo tamen minus neutiquam negaverim, Aristotelem postea optimo jure rhetorices inventionem sibi vindicare potuisse. Sed haec nova fuit et ad praeclara Demosthenis [22]), Hyperidis, Aeschinis aliorumque exempla exculta.

§ 9.

Nunc vero, missis his controversiis, juvat spectare, Theodectem, qualis quantusque ex tantorum virorum scholis progressus sit. Erat autem corporis forma [1]) aeque, atque ingenii facultatibus insignis; in quibus potissimum optima ejus memoria [2]) est celebrata.

Excellebat morum tam integritate, quam jucunditate atque *αὐτόχθονι* quadam urbanitate, neque morosius vinum, et hilarem familiarium sociorumque consuetudinem fugiebat; id enim egregie testantur quaestiones convivales, quas griphos dicunt, in quibus, vel inveniendis, vel explicandis, Noster ingeniosissime versatus est [3]).

---

20) quod jam intellexerunt Menagius ad Diog. L. l. Spaldingius ad Quintil. II. 15. 10 et Stahrius T. I. p. 174.

21) cf. nos in cap. IV. et V.

22) vid. Dionys. Halic. ep. ad Ammaeum I. fin.

1) vid. Athenae. Deipnos. XIII. p. 566e. Stephan. Byz. l. l. et ex eo Eustathius l. l.: *Θεοδέκτης κάλλει διαφέρων.*

2) Cicero Tuscull. I. 24: Non quaero quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes.

Quintil. institutt. oratt. XI. 2 extr.: Quin semel auditos quam libet multos versus protinus dicere, reddidisse Theodectes.

Cf. Aelian. hist. Animalk. VI. 40. ubi vid. Cl. Jacobs. adnott. Pollux. Onomast. lib. VI. cap. 19 ubi vid. Dindf.

Vide nos infra Cap. V. § 37.

3) Vide quae Athenae. Deipnos. X. p. 456c ex Hermippi libro

His igitur corporis animique dotibus probe instructus, Theodectes primum (quantum quidem ad nostrae aetatis cognitionem pervenit) ex privatarum parietum obscuritate in lucem forensem emicuit, atque ad publicam actionem aggredi ausus est, in Mausoli Cariae regis sepulcralibus celebrandis; quae res in tota hac disputatione tanti momenti ac ponderis esse videtur, ut nova rubrica sit distinguenda.

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, —
Ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε. —

Caput III.

De virili Theodectis aetate.

§ 10.

Mausolus, Hecatomni filius, Cariae rex, regnum a patre acceptum non solum per viginti annos servavit, sed etiam adeo auxit, ut in totum fere rerumpublicarum, tam Graecarum, quam Asiaticarum statum vim exerceret [1]); unde merito inter praestantissimos antiquitatis principes celebratus est.

At ille majorem etiam gloriam post mortem nactus est, incredibili Artemisiae uxoris luctu, quo illa instigata, immensum, quantam divitiarum copiam in mariti mortui honorem consumsit.

Quod quidem ad nostram causam attinet, primum tempus, quo Mausolus fatis cesserit, est stabiliendum; in qua re video nuper (post primas Pflugkii curas) Doctissimum Batavum Eys. Wichers (ad Theopomp. p. 5 et p. 11 sqq.) tam caute ac circumspecte esse versatum, ut mehercle noctuas Athenas portare mihi viderer, si longior esse vellem.

---

laudato, et pluribus locis ex Clearcho aliisque profert. — Ceterum de gryphis copiosius nobis agendum est in commentat. II cap. II.

1) vid. Diod. Sicul. XV. 90. cf. Lucian. Necyomant. 17 et Dialogg Mortt. 24.

Tres igitur, easdemque haud parum inter se discrepantes, superstites habemus chronologicae illius rationis traditiones.

In his Plinius H. N. XXXVI 6 Mausolum mortuum dicit Olymp. C, 2 = u. c. 375. Suidas s. v. Θεόδεκτης Olymp. ὀγ' (CIII). Sed novimus ex Diod. Sicul. XV 90, Mausolum, pluribus annis post, (Olymp. CIV, 3) bellum adversus Persas parasse; atque idem Diodor. XVI 7 testatur, ipsum regem Olymp. CV, 3 in bello sociali Chiis auxilia misisse, qua in re consentit Demosthen. de Rhod. libertat. p. 111 ed. Lutet 1570, collat. Libanii argum. Itaque recte Clintonius in fastt. Hellenn. p. 123. Suidae numerum ὀγ' mutavit in ὀζ' Olymp.; quam rationem Diodori (XVI 36) cura, adjecto anni numero, feliciter completam videmus.

Ergo Mausolus diem obiit Olymp. CVI, 4 = 353 a. Ch.[2]). Quo facto Artemisia, mariti amantissima, exstruxit immensum illud sepulcrum, Mausoleum[3]) dictum, atque ex cuncta Graecia invitavit[4]) nobilissimos quosque viros, ingenio ac dicendi facultate conspicuos, qui Regis laudes funebrales certatim decantarent. In his igitur descenderunt ad certamen[5]) Oratores celeberrimi: Theopompus Chius, Theodectes Phaselites, Naucrates Erythraeus et Isocrates Apolloniates[6]).

---

2) Eundem numerum jam olim eruere doctissimi Benedictini in L'art de vérifier les dates a. Ch. T. III. p. 74. ed. nov.

3) De Mausoleo vide inprimis Pausan. VIII. 16. Strabo XIV. p. 969 D. Plin. H. N. XXXVI. 33 et Vitruv. II. 8 ubi vid. interprett.

4) quod jam absoluto sepulcro factum esse, putavērim, h. e. Olymp. CVII., 1 = 352 a. Ch. et quod excurrit.

5) Hoc certamen inter veteres commemorant Aul. Gell. X. 18. Plutarch. in vit. Isocrat. Porphyr. ap. Euseb. praep. evangel. X. p. 464 C. Suid. s. v. Θεοδ. et s. v. Ἰσοκράτης· Ἀμυκλ.

6) Hunc quidem Apolloniatem (cujus memoriam Schoellius immerito silentio premit.) nominat solus Suidas (utroque loco l.), cum ceteri omnes in Isocrate Atheniensi laudando consentiant. Ac primum A. Gellius l. l. quamquam suspensa oratione: „Sunt etiam" ait „qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memoriae mandaverint." Confidentius de Atheniensi tradit Plutarchus l. l.: Ἠγωνίσατο δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ τιθέντα ὑπὸ Ἀρτεμισίας ἀγῶνα· τὸ δὲ ἐγκώμιον οὐ σώζεται. Sed omnium disertissime idem refert Porphyrius, qui ap. Euseb. l. l. ita de Theopompo: καί τοι ὑπερφρόνει τὸν Ἰσοκράτην, καὶ νενικῆσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ, λέγει, κατὰ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ ἀγῶνα τὸν διδάσκαλον. Quibus verbis motus Ruhnkenius V. Cel. in Hist. crit. Oratt. Gr. (opp. T. I. p. 352 sq. ed. Friedemann) studiosius contendit:

Videtur autem in his oratoribus, si patriam eorum respicis, subesse peculiaris quaedam causa Mausoli laudandi.

Nam (ut modo ex Diodoro Sic. notavimus) Rex Curiae Chiis, Coïs, Rhodiis et Byzantiis in bello sociali contra Athenas gesto auxilium tulit. Quamquam igitur quatuor tantum civitates ab Atheniensium potestate defecisse dicantur, tamen veri est simillimum, Phaselitas, Erythraeos atque etiam Apolloniatas, licet non ipsi belli participes fuerint, sociorum defectionem probasse, quippe qui ipsi societate quadam originali cum illis fuerint conjuncti.

Isocratem Atheniensem in ludis funebribus Mausoli orationem habuisse. Haec quomodo cum ceteris, quae de Atheniensis rhetoris vita traduntur ab eodem Plutarcho l. l. et ab ipso Theopompo (ap. Phot. bibl. cod. CLXXVI., ap. Wichers p. 62 collat. 142) quem secutus est Cicero Brut. cap. 8, conciliari possint, equidem non intelligo. Itaque jam olim Meursius Lectt. Att. lib. V. cap. XIV. et Thes. Gronov. T. V. p. 1393; Taylor in Lectt. Lysiac. p. 252 sqq. ed. Reiske, et Schirach dissertat. hist. philol. de vita et genere scribendi Isocratis Halae 1765 p. 2 sq. Apolloniatis nomen merito restituerunt, idque nuper Wichersius ad Theopompum p. 13, post Pflugkium, copiosius confirmavit; quos secutus est A. Westermannus in libro solidioris doctrinae pleno: Gesch. der Griech. Beredtsmkt. pag. 83 sq. et ad. Plutarch. vitt. X. oratt. pag. 47.

Eandem sententiam nuper coram nobiscum communicavit V. Cl. Göttlingius.

Atque hac oblata occasione nequeo a me impetrare, ut silentio premam memoriam temporum illorum, quibus tanto auspice viro ad solidioris doctrinae laudem adspirayimus. Illi enim auctori (ut unum proferam) suavissimam Theodectis Nostri debeo cognitionem, consuetudinem ac familiaritatem.

Quare, Vir summe Veherande! — si forte ad hoc qualecunque opusculum animum adverteris — his pii gratique animi motibus Te salutare volui.

Vale mihique quam maxime fave!

7) De Phaselitarum cum Chiis Rhodiisque societate jam supra § 3 disputatum est.

De Erythraeorum origine a Cretibus, Caribus, Lyciis et Pamphylis petita, vide Pausan. VIII. 3 collat. Raoul-Rochette Hist. d. Colon. Gr. T. II. p. 145 et 162. Apolloniatae patria fuit Apollonia ad Pontum, quare nonnunquam Ponticus (auct. epist. Socrat. XXVIII. pag. 65) seu Heracleotes Ponticus (cf. Harles ad Fabr. bibl. gr. T. II. p. 777) dicitur. Hanc autem Apolloniam Milesiorum et Rhodiorum coloniam fuisse tradit Stephan. Byzant. s. v. *Ἀπολλωνία*. Alia veterum testimonia collegit et dijudicavit Cl. Raoul-Rochette T. III. p. 387.

Quaesitum est, quis in illo certamine victor renunciatus fuerit, cum alii Theopompo, alii Theodecti palmam vindicent. Illud enim testantur[8]) A. Gellius et Porphyrius ap. Euseb. l. l. Suidas vero, qui (utroque loco) Phaselitem victorem evasisse tradit, tamen addit: ἄλλοι δέ φασι Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα. Sed haec, quamvis primo adspectu obscuriora videantur, facillima ratione, comparatis inter se utriusque sententiae auctoribus, declarantur.

A. Gellius enim l. l. sic pergit: „Extat nunc quoque Theodectis tragoedia, quae inscribitur Mausolus, in qua eum magis, quam in prosa placuisse, Hyginus in Exemplis refert[9]).

Et Suidas s. v. Θεοδ.: καὶ ἐνίκησε (scil. Θεοδέκτης) μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ τραγῳδίᾳ[10]), cum idem ipse s. v. Ἰσοκράτ. tradat: διηγωνίσατο (scil. ὁ Ἰσοκράτης) περὶ λόγων, quod etiam ex toto loci habitu patet.

Nemo non videt, latere in his duplicis certaminis rationem. Et in altero quidem, oratorio, vicit Theopompus, victi sunt Theodectes, Naucrates, Isocrates; in altero, dramatico, vicit Theodectes (quod Hygini verbis probatur) Mausolo tragoedia; adversariorum vero nomina non tulere aetatem.

§ 11.

Hoc autem praeclaro lucubrationum suarum poëticarum successu incitatus, Noster abhinc ab orationibus disjunxit sese retulitque ad mansuetiores Musas; quod mirum sane videri possit, sin oratorio certamine victor evasisset. Sed et alia in penu mihi sunt testimonia, quae probant, Theodectem hoc demum tempore cothurno esse usum.

Quod enim Suidas simpliciter narrat: Θεοδέκτης — ῥήτωρ, τραπεὶς δὲ ἐπὶ τραγῳδίας: et ex illo Eudocia:

Sed vide, an in his novum argumentum repertum sit, quo nostram de Isocrate Apolloniate restituendo sententiam confirmare possimus.

8) Consentit Wichers l. l. p. 13. Quid autem novissimus rerum Theopompearum scriptor, Theissius in Comm. de Theop. Chii Vit. et scriptt. Halae 1831 8vo., quem librum inspicere mihi non licuit, de hac re sentiat, scire discupiam.

9) vid. Gronov. ad h. l. De Hygino vid. eundem ibid. l. 14 et Sueton. de illustr. gramm. cap. 20. cf. nos infra cap. IV. § 24.

10) Hic locus Fabricium diligentissimum l. l. in mirificum errorem perduxit, quo contenderet, Isocratem quoque tragoediis disceptasse, vid. contra Schirach l. l. et Harles ad Fabr. bibl. gr. T. II. p. 777.

ἔργασιν τέχνης ῥητορικῆς — καὶ τραγῳδίας ἐτράπη γὰρ καὶ ἐπὶ τραγῳδίας: id alii accuratius designarunt voce ὕστερον. Hoc modo Plutarchus vit. Isocrat. l. l.: Θεοδέκτης — ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας et, qui illum secutus est, Photius: (bibl. cod. CCLX pag. 487 ed. Bekker) καὶ αὐτὸς ὕστερον τραγῳδίας συνταξάμενος.

Ad haec studia fovenda Theodectem, cum ipsius ingenii facultas ac fervor et divinus aliquis animi motus, tum potissimum familiares Aristotelis admonitiones incitavere. Jam multos video in eo haerere, quid sit, quod Aristoteles, cum Nostrum semper laudaverit, eoque familiarissime usus sit, eundem tamen in libro suo de arte poëtica scripto rarius commemoret. Sed illi Graefenhahnium adsunt, qui in Prolegg. ad l. l. diserte verbis docet, Aristotelem libri poëticorum lineamenta juvene aetate duxisse, antequam libros rhetoricorum exaravisset et longe ante Politica. Idem etiam edocuit, Aristotelem in libro illo, quo quis poëtarum ipsi aetate propior vixit, eo prolixius de ejus ratione exposuisse et de fortuna, quam ejus scripta publice sint expenta. Quae si ad nostram causam adhibeantur, nemo non intelligit, Theodectem tum, cum Aristoteles librum illum conscriberet, perpaucas tantum tragoedias edidisse. Immo, si ratio nostra constat, vel posito pignore contenderim, Artem Poëticam Olymp. VI fin. in lucem prodiisse, paulo ante, quam Noster tragoedia Mausolo vinceret. Hanc enim nobilissimam in libro Aristotelico frustra quaesivimus.

Ergo, quod summi mihi visum est momenti, Theodectis plurimas tragoedias ad theoretica Aristotelis praecepta emissione Musa composuit, de qua re in altera commentatione pluribus agendum est. Haud multo post (Olymp. CVIII 1 = 348 a. Ch. [1]) Aristoteles, ne usque propter Macedonismum, cui indulgebat, vexaretur, reliquit Athenas, quas demum pluribus annis post Theodectis obitum erat revisurus. (Olymp. CXI, 2 = 334 a. Ch. [2]).

Ab eo igitur (quod modo designavimus) inde tempore Noster ita in studiis dramaticis colendis versatus est, ut, quatuordecim circiter annorum spatio, tragoediarum, quas scriberet, numerum ad quinquaginta protulisse dicatur [3]). Atque in hac arte tantopere excelluit, ut, (si vetus-

---

1) vide Stahr. Aristot. T. I. p. 73 sqq.

2) vide Stahr. ibid. p. 101 sqq. collat. ibid. p. 105 not. 2.

3) Suid. s. v. Θεοδέκτης Steph. Byz. s. v. Φασηλίς et Eustath. ad Dionys. Perieg. 855.

tissimo illi epitaphio, a Steph. Byzant. servato, est fides habenda) qui ad tredecim tragicorum certamina sese accinxerit, octies victor coronatus sit.

§ 12.

Ad eas, quas jam enarravimus studiorum Theodectis permutandorum causas, accedit nunc etiam alia, eaque haud minus verisimilis. Constat enim inter omnes, quali, quamque humili sorte in Atheniensium civitate fruerentur alienigenae et (qui μέτοικοι[1]) dicuntur) inquilini. Et huic quidem classi Noster, si recte video, adscriptus, eoque magis, ex praecepta quadam Atheniensium opinione, contemnendus erat, cum Phaselide ista infami oriundus esset.

Quid tandem, quaeso, miscllo in prosequendis oratoriis exercitationibus spei reliquum fuit, cum ab omni actione forensi (orator in partibus) et publici muneris honore excluderetur[2]). In hoc igitur rerum suarum statu Theodectes ea, qua pollebat, ingenii volubilitate novam sibi viam munivit, qua, nisi praematura morte rebus humanis ereptus, ad summum certe gloriae fastigium evectus fuisset.

Ponamus vero, ut Noster ex singulari quodam Atheniensium favore denique civitate donatus sit; tamen videsis an, aut politicis rationibus, aut cothurno impeditus, in hoc periculoso rerum statu ad publicam actionem aggredi potuerit.

Quod enim ad politicam ejus confessionem attinet, haud scio an quotidiana illa cum Aristotele consuetudine monarchico-cosmopoliticis principiis imbutus sit. Namque illi, multum secum cogitanti de optima republica et memoria vetera repetenti, quam maxime erat perspectum, res Graecorum publicas, exoleta pristina illa virtute, quae ex ideae conceptione nascitur, radicitus corruptum iri et (nisi interveniret Deus ex machina) praecipites, in perniciem fore corruturas. Quare (μάλ' ἀριστοκρατικῶς) omnem Graeciae regenerandae spem in strenuo Macedonum regno ponebat; atque ubi primum ei Alexandri pueri erudiendi

---

Ceterum de numeri illius incredibilitate dicendum est in commentat. II. cap. I.

1) vid. Cl. Wachsmuth Hellen. Alterthumskunde T. I. 1 p. 250 sq. et T. II. 1 pag. 285 sq.

2) Ἄπολις, ἄτιμος, πατρίδος ἐστερημένος, Πτωχὸς, πλανήτης, βιοτεύων τοὐφημέρου. Diogenes.

cura mandata esset, summo cum studio id egit — *πολιτικὸς ἀνὴρ, οὐδ' ὄναρ* — ut, collectis undique virentibus Helleniani surculis, ideam, quae dicitur, in novam eandemque generosiorem stirpem transponeret.

Εἰς αἰωνὸς ἄριστος ἀμάνσοθαι περὶ πάντων.

Sed redeamus tandem ab his qualibuscumque ratiocinationibus (*ἐσνὶ γὰρ μυσνικώτερα*)[3] ad ea, quae nobis in Theodectis vita conscribenda reliqua sunt.

§ 13.

Cum supra pluribus demonstratum sit, Phaselitem inde ab Olymp. CVII a rhetoricis ad dramatica studia transiisse, tamen cave existimes, eum abhinc plane a rhetorica facultate exercenda sese abstinuisse; quam potius, cum forensi luce careret, in vitae privatae umbra atque otio[1] aluisse est putandus. Nam (ut supra § 5 diximus) Theopompus tradit Theodectem, cum careret divitiis, quas *ἐν τῷ φιλοσοφεῖν καὶ φιλομαθεῖν* consumeret, (vidi penitusque perspexi sollicitudines Tuas) mercede orationibus conscribendis[2] et scholis rhetoricis habendis vacasse, indeque rauduscului sibi comparasse.

Immo ipse Theodectes in tragoedia quadam ad hanc supellectilis suae tenuitatem alludere videtur verbis[3]:

Πολλὰ δεῖ μοχθεῖν τὸν ἥξοντ' εἰς ἔπαινον εὐκλεῶς.

Et talibus quidem orationibus, vel consultationibus ac communicationibus illum inprimis popularium suorum Phaselitarum rebus consuluisse[4] credibile est, cum ab iis post mortem tantis honoribus ornaretur. Hoc enim, si recte video, non tam propter magna viri de bonis literis merita fecerunt, sed potius, ut est in hoc hominum genere ad quaestum tantum faciendum comparato, propter commoda, quae ex illius ope atque auxilio in semet ipsos affluxerant.

---

3) Quae, si vita suppeditet — seposui: rara temporum felicitate, ubi sentire, quae velis, et, quae sentias, dicere licet. Tacitus.

1) Neque adversatur locus laudatus Dionys. Halic. ad Ammae. I. § 2; ubi haec: *παραγγελμάτων τεχνικῶν· ἀγγραφεῖς καὶ ἀγωνιστὰς λόγων ῥητορικῶν... οἱ περὶ Θεοδέκτην κ. τ. λ.* nam sequuntur nomina complurium oratorum; ad quos nunc *ἀγωνιστὴς* stricto sensu referri debet, quod in Nostro secus est.

2) Vid. Steph. Byz. l. l. collat. Eustath. l. l. vide nos infra cap. IV. fin.

3) Hic locus servatus est in Stobaei florileg. Tit. XXIX. nro. 35.

4) Equidem haud scio, an pactio illa commercialis (vide § 3) Theodecte suffragante pacta sit. Sed haec res digna est, quae alio loco *κατὰ λέπτον* dispiciatur.

§ 14.

Habebat Noster, ex more virorum doctorum, servum quendam grammatea, Sibyntium nominatum, qui teste Suida [1]) primus servorum rhetorices praecepta quum sermone, tum literis docuit. Unde et Theodecti accidit idem, quod in Euripide, Aristotele, Cicerone, aliisque doctissimis observavimus, ut, quae domini essent, servo auctori vindicarentur. Huc enim referendum puto locum Antiphanis cómici, ab Athenaeo [2]) servatum, in cujus sensu explicando frustra laborarunt interpretes.

---

1) Suid. s. v. *Σιβύντιος* (collat. Eudoc. p. 381 s. h. v.) *Σιβύντιος Θεοδέκτου τοῦ Φασηλίτου ἀναγνώστης καὶ οἰκετὴς, ὃς ἐρρητόρευσεν οἰκετῶν πρῶτος· ἔγραψε τέχνας ῥητορικάς.* In his Suidas Hermippum auctorem habuisse videtur, qui (ut luculenter ostendit Jonsius scriptt. hist. philos. pag. 163 collat. Locynski ad Hermipp.) de servis celebrioribus egit.

2) Athen. Deipnos. lib. IV. p. 134 b.

Μήποτε δὲ καὶ Ἀντιφάνης ἐν Καρσὶ κατὰ τὸ Ἀττικὸν ἔθος τῆς ὀρχήσεως κωμῳδεῖ τινα τῶν σοφῶν, ὡς περὶ δεῖπνον ὀρχούμενον, λέγων οὕτως·

— οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον
ταῖς χερσὶ τὸν βάκηλον; οὐδ' αἰσχύνεται,
ὁ τὸν Ἡράκλειτον πᾶσιν ἐξηγούμενος,
ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην,
ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδῃ.

Haec, si tempora spectas, nullo modo concinnari possunt; quare vide an in Genitivo *Εὐριπίδου* medela inventa sit. Sic igitur comicus hisce omnibus Sibyntium non sine multo ironiae sale ridere videtur, qui se artis rhetoricae (neque vero mnemonicae ut Nitzschius l. l. vult.) a Theodecte inventae auctorem jactet; idem etiam sententiarum Euripidearum summas in collectanea congessit, quibus Noster, utpote solebant sequioris aetatis poëtae, ad novas tragoedias conficiendas uteretur. (vid. nos in commentat. II.) Quod vero Antiphanes Heraclitum commemorat, neminem fugere potest falsa et jocosa hujus sententiae ratio. Hic enim philosophus (cujus scripta in templo quodam Dianae deposita Euripides pertractasse dicitur, teste Tatiano orat. contr. Graecos p. 245 C. ed. Maran) *Σκοτεινὸς* (ex vers. Tertulliani: „Tenebrosus") cognominatus fuit, cum nemo fere obscuriorem ejus philosophiam percipere posset. Quid igitur acerbius, quam si quis dicat, de homine mediocris ingenii, istum Heraclíti placita non solum cognovisse, animo etiam ita in sucum et sanguinem vertisse, ut ea cum plebe communicare posset. Illas autem tres bonarum literarum partes: philosophiam, rhetoricen et poëtim, Theodectes et simul cum eo Sibyntius tractabat.

§ 15.

Denique, ut omnes testes, qui de Theodectis rebus vel tantillum memoriae prodiderunt, audiamus, paucis dicendum est de historiola quadam, quae, a Pseudo-Aristea [1]) profecta, inde in plura Sanctorum Ecclesiae Patrum scripta transiit.

Namque ille Demetrii Phalerei verbis narrat: se accepisse de Theodecte tragico poëta, cum voluisset aliquid, quod scriptum esset in sanctis libris, transferre in quandam suam fabulam, fuisse visum ei ablatum, donec perpendisset, hoc sibi evenisse propter hoc suum factum, et per multos dies reconciliasset sibi Deum votis suis [2]).

Contra haec docti interpretes studiosius dicunt, neque Graecos tempore Theodectis linguae sacrae gnaros fuisse, nequedum versionem septuaginta Interpretum extitisse.

---

1) Aristeas in Epistol. ad Philocrat. de histor. LXX. interprett. (in Gallandii biblioth. vett. Patr. T. II. p. 803): *Καὶ πρὸς τὸν Δημήτριον εἶπε·* (scil. Rex Philadelphus) *πῶς τηλικούτων συντετελεσμένων οὐδεὶς ἐπεβάλετο τῶν ἱστορικῶν, ἢ ποιητῶν ἐπιμνησθῆναι. ἐκεῖνος δέ ἔφη, διὰ τὸ σεμνὴν εἶναι τὴν νομοθεσίαν, καὶ κατὰ Θεοῦ γεγονέναι. καὶ τῶν ἐπιβαλλομένων τινὲς, ὑπὸ τοῦ θεοῦ πληγέντες, τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστασαν. καὶ γὰρ ἔφησεν ἀκηκοέναι Θεοπόμπου, διότι μέλλων τινὰ τῶν προηρμηνευμένων ἐπισφαλέστερον ἐκ τοῦ νόμου προσιστορεῖν, παραχὴν λάβειν τῆς διανοίας, πλεῖον ἡμερῶν τριάκοντα. κατὰ δὲ τὴν ἄνεσιν ἐξιλάσκεσθαι τὸν Θεόν, σαφὲς αὐτῷ γενέσθαι, τινὸς χάριν τὸ συμβαινόν ἐστι. δι' ὀνείρου δὲ σημανθέντος, ὅτι τὰ θεῖα βούλεται περιεργασάμενος εἰς κοινοὺς ἀνθρώπους ἐκφέρειν. ἀποσχόμενον δὲ οὕτως ἀποκαταστῆναι. καὶ περὶ Θεοδέκτου δὲ, τοῦ τῶν τραγῳδιῶν ποιητοῦ, μετέλαβον ἐγὼ, διότι παραφέρειν μέλλοντός τι τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τῇ βίβλῳ πρός τι δρᾶμα· τὰς ὄψεις ἀπεγλαυκώθη· καὶ λαβὼν ὑπόνοιαν, ὅτι διὰ τοῦθ' αὐτῷ τὸ σύμπτομα γέγονεν, ἐξιλασάμενος τὸν Θεὸν ἐν πολλαῖς ἡμέραις, ἀποκατέστη.*

cf. Van Dale dissertat. super Aristea pag. 330 sq. Idem fere post Aristeam fabulantur Flav. Joseph. Antiquitatt. Jud. lib. XII. c. 2 § 14 ed. Richter. Euseb. praeparat. Evangel. lib. VII. p. 355 ed. Coloniens. Georg. Syncellus Chronogr. vol. I. p. 518 ed. Niebuhr. Georg. Cedrenus pag. 165 ed. Paris, et Joh. Zonaras Chronogr. T. II. p. 201 ed. Paris. Brodaeus in Epigrammatt. graec. lib. II. p. 214 habet epigramma quoddam Lucillii *εἰς ἰατρούς*, cujus verba quaedam ad Theodectem (sive Theodotum) obcoecatum refert.

2) Extant etiamnunc plures versus, qui Nostri *εὐσέβειαν* testantur, e. g. ap. Stob. eclogg. lib. I. cap. III. 1 et cap. IV. 22 ed. Heeren.

Vide nos in Commentat. II. ad fragmtt. Theod.

§ 14.

Habebat Noster, ex more virorum doctorum, servum quendam grammatea, Sibyntium nominatum, qui teste Suida [1]) primus servorum rhetorices praecepta quum sermone, tum literis docuit. Unde et Theodecti accidit idem, quod in Euripide, Aristotele, Cicerone, aliisque doctissimis observavimus, ut, quae domini essent, servo auctori vindicarentur. Huc enim referendum puto locum Antiphanis comici, ab Athenaeo [2]) servatum, in cujus sensu explicando frustra laborarunt interpretes.

---

1) Suid. s. v. *Σιβύντιος* (collat. Eudoc. p. 381 s. h. v.) *Σιβύντιος Θεοδέκτου τοῦ Φασηλίτου ἀναγνώστης καὶ οἰκετὴς, ὃς ἐξεῦρετο οἰκετῶν πρῶτος· ἔγραψε τέχνας ῥητορικάς.* In his Suidas Hermippum auctorem habuisse videtur, qui (ut luculenter ostendit Jonsius scriptt. hist. philos. pag. 163 collat. Locynski ad Hermipp.) de servis celebrioribus egit.

2) Athen. Deipnos. lib. IV. p. 134 b.

Μήποτε δὲ καὶ Ἀντιφάνης ἐν Καρσὶ κατὰ τὸ Ἀττικὸν ἔθος τῆς ὀρχήσεως κωμῳδεῖ τινα τῶν σοφῶν, ὡς περὶ δεῖπνον ὀρχούμενον, λέγων οὕτως·

— οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον
ταῖς χερσὶ τὸν βάκηλον; οὐδ' αἰσχύνεται,
ὁ τὸν Ἡράκλειτον πᾶσιν ἐξηγούμενος,
ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην,
ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδῃ.

Haec, si tempora spectas, nullo modo conciliari possunt; quare vide an in Genitivo *Εὐριπίδου* medela inventa sit. Sic igitur comicus hisce omnibus Sibyntium non sine multo ironiae sale ridere videtur, qui se artis rhetoricae (neque vero mnemonicae ut Nitzschius l. l. vult.) a Theodecte inventae auctorem jactet; idem etiam sententiarum Euripidearum summas in collectanea congessit, quibus Noster, utpote solebant sequioris aetatis poëtae, ad novas tragoedias conficiendas uteretur. (vid. nos in commentat. II.) Quod vero Antiphanes Heraclitum commemorat, neminem fugere potest salsa et jocosa hujus sententiae ratio. Hic enim philosophus (cujus scripta in templo quodam Dianae deposita Euripides pertractasse dicitur, teste Tatiano orat. contr. Graecos p. 245 C. ed. Maran) *Σκοτεινὸς* (ex vers. Tertulliani „Tenebrosus") cognominatus fuit, cum nemo fere obscuriorem ejus philosophiam percipere posset. Quid igitur acerbius, quam si quis dicat, de homine mediocri ingenii, istum Heraclitli placita non solum cognovisse, animo etiam ita in succum et sanguinem vertisse, ut ea cum plebe communicare posset. Illas autem tres bonarum literarum partes: philosophiam, rhetoricen et poëtin, Theodectes et simul cum eo Sibyntius tractabat.

§ 15.

Denique, ut omnes testes, qui de Theodectis rebus vel tantillum memoriae prodiderunt, audiamus, paucis dicendum est de historiola quadam, quae, a Pseudo-Aristea [1]) profecta, inde in plura Sanctorum Ecclesiae Patrum scripta transiit.

Namque ille Demetrii Phalerei verbis narrat: se accepisse de Theodecte tragico poëta, cum voluisset aliquid, quod scriptum esset in sanctis libris, transferre in quandam suam fabulam, fuisse visum ei ablatum, donec perpendisset, hoc sibi evenisse propter hoc suum factum, et per multos dies reconciliasset sibi Deum votis suis [2]).

Contra haec docti interpretes studiosius dicunt, neque Graecos tempore Theodectis linguae sacrae gnaros fuisse, nequedum versionem septuaginta Interpretum extitisse.

---

1) Aristeas in Epistol. ad Philocrat. de histor. LXX. interprett. (in Gallandii biblioth. vett. Patr. T. II. p. 803): Καὶ πρὸς τὸν Δημήτριον εἶπε· (scil. Rex Philadelphus) πῶς τηλικούτων συντετελεσμένων οὐδεὶς ἐπεβάλετο τῶν ἱστορικῶν, ἢ ποιητῶν ἐπιμνησθῆναι. ἐκεῖνος δέ ἔφη, διὰ τὸ σεμνὴν εἶναι τὴν νομοθεσίαν, καὶ κατὰ Θεοῦ γεγονέναι. καὶ τῶν ἐπιβαλλομένων τινὲς, ὑπὸ τοῦ θεοῦ πληγέντες, τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστασαν. καὶ γὰρ ἔφησεν ἀκηκοέναι Θεοπόμπου, δι' ὅτι μέλλων τινὰ τῶν προηρμηνευμένων ἐπισφαλέστερον ἐκ τοῦ νόμου προσιστορεῖν, παραχὴν λάβειν τῆς διανοίας, πλεῖόν ἡμερῶν τριάκοντα. κατὰ δὲ τὴν ἄνεσιν ἐξιλάσκεσθαι τὸν Θεόν, σαφὲς αὐτῷ γενέσθαι, τίνος χάριν τὸ συμβαινόν ἐστι. δι' ὀνείρου δὲ σημαίνοντος, ὅτι τὰ θεῖα βούλεται περιεργασάμενος εἰς κοινοὺς ἀνθρώπους ἐκφέρειν. ἀπουχόμενον δὲ οὕτως ἀποκατασῆναι. καὶ περὶ Θεοδέκτου δὲ, τοῦ τῶν τραγῳδιῶν ποιητοῦ, μέτέλαβον ἐγὼ, διότι παραφέρειν μέλλοντός τι τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τῇ βίβλῳ πρός τι δρᾶμα· τὰς ὄψεις ἀπηγλαυκώθη· καὶ λαβὼν ὑπόνοιαν, ὅτι διὰ τοῦθ' αὐτῷ τὸ σύμπτωμα γέγονεν, ἐξιλασάμενος τὸν Θεὸν ἐν πολλαῖς ἡμέραις, ἀποκατέστη.

cf. Van Dale dissertat. super Aristea pag. 330 sq. Idem fere post Aristeam fabulantur Flav. Joseph. Antiquitatt. Jud. lib. XII. c. 2 § 14 ed. Richter. Euseb. praepaest. Evangel. lib. VII. p. 355 ed. Coloniens. Georg. Syncellus Chronogr. vol. I. p. 518 ed. Niebuhr. Georg. Cedrenus pag. 165 ed. Paris, et Joh. Zonaras Chronogr. T. II. p. 201 ed. Paris. Brodaeus in Epigrammatt. graec. lib. II. p. 214 habet epigramma quoddam Lucillii εἰς ἰατρούς, cujus verba quaedam ad Theodectem (sive Theodotum) obscocatum refert.

2) Extant etiamnunc plures versus, qui Nostri εὐσέβειαν testimentur, e. g. cap. Stob. eclogg. lib. I. cap. III. 1. et cap. IV. 22 ed. Heeren.

Vide nos in Commentat. II. ad fragmtt. Theod.

Verum ipse Aristeas hanc dubitationem solvit verbis: τῶν προηρμηνευμένων ἐπισφαλέστερον. Quare, si Schoellii (Gesch. der griech. Literat. T. II. pag. 290) ratio constat, locum illum a Theodecte ex Pentateucho desumtum putaverim, qui circa hoc tempus in Judaeorum Synagogis in Graecam linguam versus fuisse fertur.

Quod ad ipsam istam narratiunculam attinet, mihi quidem historico quodam fundamento superstructa, quamquam alia potius ratione memoria digna, visa est.

Quid enim impedit, quominus credamus (licet id a nemine disertius testetur), Theodectem in itinere, per Syriam, Palaestinam atque Aegyptum facto, libros sanctos Judaeorum Graece redditos inspexisse.

Ad hanc autem, quantumvis leviorem, supputationem jam prius me incitavit locus ex tragoedia quadam Nostri [3]), quo ille oculatius de Aethiopum natura disserit.

§ 16.

Haec fere sunt, quae ex disjectis undique veterum auctorum membris de Nostri vita eruere ac componere nobis contigit. Obiit Theodectes Athenis, anno aetatis suae quadragesimo primo [1]); (Olymp. CX, h. e circa tempus pugnae apud Chaeroneam commissae) ac reliquit superstites, filium cognominem [2]) et patrem Aristandrum [3]).

Athenienses mortuum insignibus honoribus celebrarunt, exstructo splendido sepulcro, cui imago defuncti imposita fuit.

Atque hinc quidem desumtum videtur vetus illud epigramma apud Stephan. Byzant. l. l., quod corollarii gratia in fine hujus capitis annexuimus.

Hujus monumenti reliquiae Plutarchi [4]) atque adeo Pausaniae [5]) temporibus conspiciebantur prope Cyamiten,

---

3) ap. Strabon. lib. XV. cap. 1 § 24 vide Commentat. II. inter fragmtt.

1) Suid. s. v. Θεοδέκτης collat. Stephan. s. v. Φασηλίς.

1) cf. nos supra § 4.

2) cf. nos infra cap. IV. fin.

3) vid. Suid. l. l.

4) Plutarch. vit. Isocrat. l. l. Θεοδέκτης ὁ Φασηλίτης, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας, οὗ ἐστι τὸ μεῆμα ἐπὶ τὴν Κυαμῖτιν πορευομένοις κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν, τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα, τῶν κατηρειρομένων, ἔνθα καὶ τοῖς ἐνδόξοις τῶν ποιητῶν ἀνέστηκε σὺν αὐτῷ, ὧν Ὅμηρος ὁ ποιητὴς σώζεται μόνος.

5) Pausan. I. 37 § 3 Διαβᾶσι δὲ τὸν Κηφισσὸν — τάφος δέ ἐστιν

ad viam sacram Eleusiniam, inter media clarissimorum cujusvis aevi poëtarum funera.

Praeterea et ipsi Phaselitae illustrissimi popularis sui memoriam coluerunt, imagine ejus in foro posita; quae quantis a summo totius antiquitatis viro affecta sit honoribus, supra (§ 4) est commemoratum [6]).

§ 17.

Theodectis Epitaphium.

Ἥδε χθὼν κόλποισι Φασηλίτην Θεοδέκτην
Κρύπτει, ὃν ἠύξησαν Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες.
Αὐτὰρ ἐπὶ χθόν' ἐὼν, ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἁμίλλαις,
Ὀκτὼ ἀγηράντους ἀμφεθέμην στεφάνους.

Hoc epigramma incerti auctoris a Stephano Byzant. l. l. servatum est, qui his verbis praefatur: καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ ἐλεγεῖον τόδε.

Secundum distichon vulgo in libris sic legitur:

Ἐν δὲ χθὼν ἱεραῖς τρεῖς καὶ δέκα ἁμίλλαις,
Ὀκτὼ ἀκηράτους ἀμφεθέμην στεφάνους.

Sed hexameter claudicat, quare Ruhnkenius ad Timae p. 11 sq. ed. I. sic correxit:

Αὐτὰρ ἐπὶ χθόνος ὢν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἁμίλλαις

Eumque secutus est Brunckius, qui hoc epigramma inter Analecta T. III. pag. 268 recepit. Tyrwhittus ad Aristot. Poët. p. 180 ed. Oxon. ex conjectura hoc modo scribere malit:

Ἐν δὲ χορῶν τραγικῶν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἁμίλλαις.

Quod nos dedimus ἐπὶ χθόν' ἐὼν, id jam dudum feliciter excogitavit Thom. de Pinedo ad Steph. Byz. l. l.; atque hoc elegantius dictum mihi videtur.

In versu 4 interpretes offendit vox ἀκηράτους, quare Salmasius legendum censebat: ἀκηρύκτους.

Ruhnkenius l. l. vulnus sanavit restituta voce ἀγηράντους,

αὐτόθι (scil. πρὸς ἱερὰν ὁδόν) Θεοδέκτου τοῦ Φασηλίτου· — φκοδόμηται δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ναὸς οὐ μέγας, καλούμενος Κυαμίτου. — Accuratior illius loci descriptio legitur in Cl. Kruse Hellas T. II. p. 172 sqq.

Extant etiamnunc in illa regione octo sepulcra, quorum nonnisi unum effossum est a celeberrimo francogallorum consule Fauvel. (vide Gell. Itiner. of Greece pag. 31 et Ejusd. Unedit. antiqq. of Att. p. 4.)

Hoc igitur primum pro Theodectis sepulcro habebatur, sed ossa in eo reperta muliebria erant. Spero itaque atque confido, ut mox in septem occultorum sepulcrorum numero unum Theodecteum deprehendatur; cujus reliquiae illustrissimum profecto decus forent Athenarum sub felici Ottonis Regno renascentium. Δεῦτε παῖδες τῶν Ἑλλήνων!

6) Locus laudatus legitur in Plutarch. vit Alexandr. cap. 17.

eamque in textum recepimus cum Brunckio et Jacobsio (vide ejusd. V. Cl. Animadverss. in epigramm. Antholog. Graec. III. 2 pag. 176.)

Similiter enim dixit Simonides in Antholog. lib. III. p. 292.

κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ.

Antip. Sidon. ibid. epigr. 68:

δμηρον ἀγήραντον στόμα κόσμον.

et id. ibid. epigr. 183: τιμὰς ἀγήρως. I. G. Schneider pericul. crit. p. 111 voluit: ἀκηροτάτους.

Toupius denique in emendatt. ad Suid. p. 21: ἀκηρασίους.

Caput IV.

De rerum Theodectearum fortuna atque auctoritate.

§ 18.

Cum plurimis, iisdemque non exiguis difficultatibus involuta sit rerum Theodectearum cognitio et investigatio, non inutile, neque ingratum fore existimavi: ordine chronologico enarrare, per quas casus tenues illae reliquiae ad nostrae usque aetatis notitiam pervenerint.

In his vero iterum ab Aristotele principium petendum est. Namque ille pro ea, quae ipsi cum Theodecte intercedebat, familiaritate non solum, dum Athenis versabatur, illius scripta inspexit, perlustravit, vel adeo, quod maxime consentaneum est, ἀπόγραφα possedit; sed etiam postea Athenis absens, quaecunque ab amico in lucem ederentur, aut ab ipso auctore dono accepit, aut tamquam praecipua bibliothecae suae ornamenta suopte Mercurio sibi comparavit.

De majoribus Rhetoricorum Aristotelis libris jam supra (§ 8) dixi: scriptos fuisse post Nostri obitum[1]), cum

---

1) H. e. post. Olymp. CX. 3 = 338 a. Ch. vid. Rhet. II. 25, 6 et 24, 8. Errat autem Dionys. ep. ad. Amm. I. pag. 6 sq. cum locum Rhet. II. 25, § 3 ad. Olymp. CXII. 3 = 350 a. Ch. refert, quod

ille in Macedonia versabatur, aut certe vixdum Athenas redux factus erat. Atque in his quidem libris eo modo de Theodectis operibus egit, quo facile colligas, ea ab Aristotele diligentius pertractata fuisse [2]).

At quaerat forte aliquis, qui factum sit, ut Stagirites in hisce libris ipsam artem a familiari suo inventam ne verbo quidem tetigerit. Verum hanc jam antea luculentius tractaverat in libro: τεχνῶν συναγωγή [3]) inscripto, qui a Cicerone multa cum laude commemoratur. Unde factum est, ut [4]) de quibus alibi [5]) jam latius disseruerat, in tribus de arte rhetorica libris, quibus non eos, qui ante se fuerant, sed sese ipsum in medio posuit, tam raro priorum commemoret praecepta.

Tum etiam liquet, Aristotelem in iis quoque, quos serius de arte poëtica conscripsit, libris [6]) Theodectis dramata non solum explicuisse, sed etiam posteritati commendasse. Unum tantum ex multis laudabo librum περὶ

---

vitium jam correxit Victorius in Comment. ad h. l. pag. 478. Praeterea Aristoteles in his libris saepius alia ipsius opera laudat; de qua re vid. Westerm. p. 151. Titzium laudare nequeo. Hujus enim V. D. libellum egregium: „de Aristotelis operum serie et distinctione" aegre desideravi in bibliotheca regia Viadrina.

2) Tragoedias certe, cum docerentur, praesens spectare non potuit. Haec autem Stagiritae de Theodecte testimonia inter aequales circumferebantur, cum (quod novissimis V. D. Stahrii studiis veri factum est simillimum) Rhetorica ejus scripta simul cum Ethicis aliisque exotericis promulgata sint, antequam αὐτόγραφα in subterraneis Scepsiensibus turpi situ hebescere coepissent. vid. Stahr. T. I. p. 70 T. II. p. 46. 94. 102. 109 — 115.

3) Vide Diog. Laërt. V. 24. Hunc enim titulum pertinere ad librum Aristotelicum a Cicerone (de invent. II. 2 de Orat. II. 38 et Brut. 12) laudatum, extra omnem dubitationem est positum.

cf. Menag. ad Diog. l. l. Schütz. ad Cic. l. l. Spengel p. 3 Stahr T. II. p. 153, vide nos §. 21 collat. § 23.

4) Quod cum Cicerone Spengelius totidem fere verbis docet.

5) De ceteris Aristotelis scriptis rhetoricis altius (§ 8) disputavimus.

6) vide Graefenhahn praefat. ad Aristot. Poët. p. XVIII. collat. Buhle in Ersch und Gruber Encyklop. s. v. Aristoteles.

Quid autem impedit, quominus statuamus, Aristotelem optima quaeque Theodectis dramata recepisse in Corpus, quod ex celeberrimorum poëtarum operibus in usum Delphini concinnavit; quamquam Plutarchus vit. Alexand. cap. 8 illius nomen silentio premat. Hoc certe constat, Alexandrum oratorium dicendi genus maxime dilexisse, cum (teste Athenaeo lib. XII. p. 537) Eurípidi palmam tribuisse dicatur.

διδασκαλιῶν[7]), in quo, tamquam fundamento, postea innumerabilis librorum ex industriosis Alexandrinorum officinis proditorum copia est superstructa.

Extitit tunc temporis Asclepiades, Theodectis in schola Isocratica socius, qui [8]) τὰ τραγῳδούμενα conscripsit, i. e. materiae a tragicis poëtis conceptae ac conformatae historiam.

Inter rhetores aequales fuere praeter Isocratem magistrum: Alcidamas, Philiscus, Isaeus, Cephisodorus [9]), Naucrates, Ephorus, Isocrates Apolloniates, Lacritus Phaselites, Anaximenes [10]), Sibyntius, Zoilus, alii [11]), qui Nostri scripta legere, eorumque memoriam in ipsorum libris servare poterant.

Theopompi testimonium, arrogantiae plenum [12]), jam saepius in hac causa provocavimus.

Sequitur Theophrastus, de quo idem fere, quod de Aristotelis τεχνῶν συναγωγῇ monendum est. Ille enim idem argumentum tractaverat in libro deperdito περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν· Εἴδη ιζ' [13]). In aliis vero alius argumenti libris locus Theodectis laudandi non relictus fuit, quamquam id in illis copiosius fecisse putandus est. Namque Theophrastus (ut tandem codicum historiam prosequar) ex haereditate praeceptoris selectam illam copiosissimamque Aristotelis bibliothecam acceperat, quae (ut modo dixi) Theodectis operibus ornata erat.

Exin bibliotheca geminata migravit in domum Nelei Scepsiensis, qui cunctos libros (exceptis Aristotelis et Theophrasti autographis) Ptolemaeo Philadelpho Regi vendidit [14]).

---

7) Quae quid docuerint, collectis undique veterum testimoniis, exposuit olim Jonsius de scr. hist. phil. p. 54 sq.

8) Testis est Plutarchus vit. Isocrat. et qui illum secutus est, Photius bibl. pag. 487 ed. Bekker.

9) Et hunc quidem simul cum Isocrate juniore Theodecti adversatum fuisse arbitraverim.

Vide nos supra § 8.

10) Is enim Artem Rhetoricam ad Alexandrum, sub Aristotelis usque nomine circumlatam, scripsit intra annorum spatium 340—330 a. Ch., et quidem ante evulgatam majorem Aristotelis rhetoricen, quod Spengelius p. 182 sqq. argumentis satis firmis probavit.

Sed vide nos infra § 23 ubi de ejus παλιγγενεσίᾳ sermo esto.

11) Vide de his omnibus Westerm. l. l. p. 139 sqq.

12) De Theopompi magniloquentia vid. Wichers p. 13 sqq. et pag. 142 sqq.

13) vid. Spengel p. 3 et Westerm. p. 171.

14) vid. Epitom. Athen. lib. I. p. 3. C. cf. Stahr Aristot. T. II. p. 30.

Ergo agite sequamur vestigia Nostri, in vasta bibliothecae Alexandrinae spatia delati [15]); videamus, quam fortunam in illis expertus sit.

§ 19.

Theodectis tragoediae studiis Alexandrinorum Pergamenorumque critico-encyclopaedicis a canone exclusae, simul cum temporum, quibus ortae erant, permutatione in oblivionem adductae sunt. Neque, ut videtur, abhinc integrae descriptae, aut scholiis illustratae, sed passim tantum et fractim a doctissimis quibusque viris [1]) exempli causa provocatae sunt; nisi forte eas a misero quodam Tragico Alexandrino excerptas et, deletis auctoris nomine et natura, in novam (ut tum solebant) formam redactas credamus.

Ars rhetorica, scilicet theoretica [2]), cum antea suapte sponte constituta fuisset, praepotente Aristotelis ingenio in scholarum philosophicarum ditionem redacta est [3]); quae quidem ita erant comparatae, ut non tam quaereretur, qualis illa apud veteres fuerit, sed potius, quomodo ad cujusque philosophiae praecepta optime instituenda foret [4]).

Ecce tibi, ex hoc divinae sapientiae partu, exorti

---

15) Sed tantum abest, ut illi codices unice extiterint, ut potius credibile sit, plura librorum Theodectis apographa per Graeciam literatam fuisse circumlata; quamquam, cum contendo codices Alexandrinos optimae notae fuisse, haud multum sane mihi videor a vero aberrasse.

1) De Aristea Alexandrino, ejusque tragoediarum Theodectis cognitione supra § 15 diximus.

2) Praetermitto practicam, quae hebescente jam Atticae suadae splendore in Asiam Rhodumque profecta, ibique diversis rationibus exculta est; licet et harum scholarum antistites, Aeschines, Hegesias Magnes, Cleochares Myrleanus, aliique disciplinae suae theoriam literis mandasse videntur. Vid. Westerm. p. 165.

3) Pauci tantum postea meri rhetores extitere: Zopyrus Clazomenius, Archelaus, Ariston Elaeus, Bion Syracusanus, Demetrius Smyrnaeus, Democritus Pergamenus, Heraclides Cumaeus. vid. Westerm. p. 171.

4) Ex hac fundamentorum philosophicorum diversitate per se patet, alios Nostri rhetoricen probasse, alios damnasse; quare si nobis superessent illorum virorum de Theodecte scripta, vel dicta, id primum aequum foret spectare, quo illi philosophiae genere usi sint.

Eademque via Nobis in Philodemo Epicureo explanando praemunienda est.

sunt[5]) inter Academiae *διαδόχους* rhetores celeberrimi: Speusippus, Xenocrates, Polemon, Crantor; in ipso Lyceo Theophrasto jam seniore successit Demetrius Phalereus; inter Stoicos[6]) denique (ut aequalem Epicuri gregem oblivione obruam) Zenonem auctorem deinceps excepere Cleanthus et Chrysippus Solensis. At aetate Alexandrina juxta illud, quod philosophico-criticum dixerim, studium et alterum quoddam mentem humanam in contrarias partes abripiebat; historico-criticum dico, quo, cum viri suo quisque ordine doctissimi investigando, percensendo quid quisque veterum in quaque bonarum literarum parte novaverit, iteraverit — ne multa — optime praestiterit, immensum quantam doctrinae copiam consumerent, quo, inquam, Theodectis memoriae servandae melius feliciusque est provisum.

Hanc igitur viam[7]) inprimis ingressus est Aristoxenus, Aristotelis discipulus, qui de vitis Doctorum scripsit; atque ejusdem socii: Phanias Eresius et Dicaearchus Messenius, qui poëtarum et musicorum historiam egregie illustrarunt.

Tum Clearchus ille Peripateticus reliquit, praeter vitas diversorum hominum, librum *περὶ γρίφων*, quae res in nostra causa eo majoris est momenti, cum illi auctori plures locos Theodectis ab Athenaeo servatos debeamus, ut ipse Deipnosophista[8]) indicare videtur lib. X pag. 452 et aliis in locis.

Porro de poëtis egit vir in Atheniensium rebus publicis gerendis praecellens Demetrius Phalereus, qui, ut Cicero Brut. 9 ait, processerat in solem et pulverem non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi viri, umbraculis.

Metrodorus Atheniensis *περὶ ποιητῶν*; Strato, Peripateticorum optimus, *περὶ βίων*. Similia Duris Samius, homo in historia diligens, et Antilochus; Hieronymus Rhodius *περὶ ποιητῶν*, Antigonus Carystius de vitis Eruditorum.

Sequitur, cum Cratetete Mallote, Callimachus, doctis-

---

5) vid. Westerm. p. 169 — 172.

6) Horum enim circa grammaticam merita prae ceteris laudat Dionys. Halic. de compos. verbor cap. II. Vide nos infra § 34.

7) In his exponendis praecipue doctissimo Jonsio duce usus sum, qui libro saepius laudato optime de historia literaria meritus est.

8) cf. Pollux. Onomast. lib. VI. cap. 19, qui Clearchum ante oculos habebat.

Vide nos infra § 24 et in commentat. II. cap. II.

simus ille grammaticus Pergamenus, qui non solum in textio historiarum Doctorum libro (πίνακες Περγαμηνοί) de Rhetoribus [9]) verbosius egisse videtur, sed etiam indicem et descriptionem poëtarum confecit, quas inde ab artis dramaticae principio, secundum seriem temporum, fabulas ediderint.

Quid dicam de Zenodoto, Eratosthene et Apollonio Rhodio, bibliothecae Alexandrinae custodibus? — Quid de Aristophane Byzantino (qui item διδασκαλίας edidit), Asclepiade Myrleane? — Quid denique de Aristarcho ipso et Didymo Alexandrino, viris doctissimis sagacissimisque [10])?

Nicander, Colophonius, cujus librum περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν jam supra (§ 8) laudavimus, scripsit etiam περὶ ποιητῶν.

Inter omnes vero historiae Graecorum literariae scriptores eminet Hermippus Smyrnaeus, Callimachi discipulus ἐπιστημόνως, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής [11]). Is enim, investigatis optimis quibusque pluteorum Alexandrinorum Pergamenorumque fontibus, scripsit prae ceteris de vitis doctorum, de Aristotele et περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν. Ex hoc autem potissimum libro desumtae sunt rerum Theodectearum reliquiae, quas nobis servarunt Dionysius Halic., Plutarchus, Diogenes Laërtius, qui illum (quamquam in aliis causis) non uno loco tantum provocant; Athenaeus denique, qui id ipsum diserte verbis profitetur [12]), et fortasse etiam Suidas.

Herodicus, grammaticus ille Crateteus, sex minimum libros κωμῳδουμένων de iis, quae in comoedia tractantur, reliquit; cui adjungendus est Antiochus quidam Alexandrinus, qui incerta aetate de poëtis egit, qui in media comoedia perstringuntur; atque illorum jacturam eo magis dolemus, cum ex innumeris illis, quae in communi literarum naufragio perierunt, Graecorum comoediis, unus tantum nobis supersit Antiphanis locus [13]), quo Theodectes vellicatur.

---

9) vid. Westerm. p. 173.

10) vid. Eund. ibid.

11) Teste Joseph. antiqq. Judaic. lib. I.
cf. Locynski Hermippi frigmtt. et nos § 1.

12) Ath. Deipnos. lib. X. p. 454 e:
Θεοδέκτην δὲ τὸν Φασηλίτην φησὶν Ἕρμιππος ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν ἀκριβέστατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον, καὶ αὐτὸν προβαλεῖν ἑτέροις ἐπιδεξίως.

13) ap. Athen. Deipn. lib. IV. p. 154 b. Vide nos supra § 14.

Timotheus περὶ βίων, et egregius ille Peripateticus, (quem primus Stahrius in Aristotelia doctrina accuratiore ac laudatione splendidiore dignatus est) Aristocles Messenius περὶ φιλοσοφίας.

Cum his nominandi sunt: Demetrius Magnes περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων, quem Diogenes Laërt. et Agresphon περὶ ὁμωνύμων, quem Suidas ad acta Eruditorum ordinanda usurpavit.

Deinde scripsit (nescio quo saeculo) Heron, rhetor Atheniensis, περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν, πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι, nobile profecto opus, cujus damnum resarciri nequit. Et huic quidem auctori (nisi egregie fallor) pretiosam illam certaminis oratorii ad Mausoleum commissi, in quo Theodectes pugnavit, debemus cognitionem. Simili modo, quo ille de rhetorum, Carystius, Pergamenus grammaticus, de poëtarum historia meritus est libro περὶ διδασκαλιῶν. Praeterea de poëtis scripsere: Demetrius Byzantius, Theodorus quidam, Loben Argivus, et vero etiam Dionysius Phaselites [14]), cui celeberrimum tribulem suum pro merito laudare par fuit.

Sed jamjam me inopinatum justos hujus periodi fines transgredi passus sum.

Nunc agite sequamur alius Phaselitae vestigia, Critolai Peripatetici dico, qui, simul cum Carneade Academico et Diogene Stoico, primum artem rhetoricam ex scholarum Athenaeensium umbraculis in fori Romani solem ac pulverem transtulit [15]).

His denique subjungamus Diophanem Mitylenaeum.

§ 20.

Pervenimus nunc ad calamitosum illud tempus, quo Graeculi, corrupta pristina illa morum integritate, sanctitate ac virilitate, in omnia deliciarum vitia, ac miserrimam fatuitatem, dicendi quoque arte, defluxerunt; quo, inquam, puri puti rhetores (quos Cicero de orat. II 38 sub Antonii persona „germanos“ dicit) philosophos impug-

14) Ut ex auctore vitae Nicandri, Theriacis hujus praefixae, cognovimus. cf. Jons. p. 334. De auctoritate operum Dionys. Phas. vide Weiske in prolegg. ad Dionys. Longin. pag. CVI.

15) Vid. Frid. Ellendt prolegg. histor. eloquent. Romanae usque ad Caesares adumbrantia, ejusd. ed. Cic. Brut. praefixa pag. I — XIII collat. Westermann. p. 167 sq.

mare, eorumque manibus artis rhetoricae principatum extorquere conati sunt. Ac parvum quoddam tum temporis circa scriptores artium extitit studium, nihil eisdem verbis, quae prior aliquis occupasset, definiendi. Quoad autem illi, in his veterum sententiis recoquendis, Theodectem respexerint, amplius investigare nequit; nisi forte quinquepartita illa rhetoricae divisio, quae (ut quibusdam [1]) placuit) exinde inter artium scriptores facta est solemnis, ansam nobis praebere poterit.

Ac partes quidem hae sunt: εὕρεσις, τάξις, λέξις, μνήμη, ὑπόκρισις, quas si cum Theodecteis a Gemistio Plethone [2]) servatis comparare velis, haud magnam sane utriusque sententiae observabis discrepantiam. Et vero etiam illos in mnemonica arte tractanda (in quo genere excellucre Charmadas et Metrodorus Scepsiensis [3])) Nostrum, tamquam hujus artis auctorem, consuluisse arbitraverim.

Sed de his omnibus mox Tullius noster nobis disputandi praebebit copiam.

Nomina praecipuorum hujus temporis rhetorum haec sunt: Hermagoras [4]), qui fecit velut propriam viam; Menedemus, homo promtus ingenio atque abundanti doctrina et quadam incredibili varietate rerum et copia instructus;

---

1) Doctissimus Westermannus mihi ante oculos obversatur, qui quibus argumentis sententiam suam (pag. 181 sq.) confirmet, ipse videat. Nam ex Ciceronis loco ab eo laudato (de orat. II. 19) singularum de orationis divisione sententiarum neque aetatem, nequedum ipsum auctorem eruere valeo. Tullii verba haec sunt (l. l. § 79): „Denique quinque faciunt quasi membra eloquentiae, invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare: rem sane non reconditam.“

2) Ap. Walz. T. VI. p. 587. Partes, seu membra eloquentiae sunt: εὕρεσις, τάξις, οἰκονόμια, μνημοσύνη, ὑπόκρισις, ἑρμηνεία. De corrupti hujus loci sensu et ratione infra (cap. V § 29 sq.) verbosius est dicendum; interea vero licebit Plethonis fidem paululum addubitare.

3) Vide Cic. d. Orat. II 88, 90. Quintil. XI, 2, 22 et 26 cf. eund. X 6, 4 et nos infra § 37.

4) Vid. Quintil. III 3, 9: „Hermagoras judicium, partitionem, ordinem, quaeque elocutionis sunt, subjicit oeconomiae;“ etc. Cujus loci sensum minus recte percepisse mihi videtur Westermannus (pag. 181 sq.) cum partes Hermagoreas hoc modo enumeret: judicium, partitio, ordo, oeconomia. Nam oeconomia est genus, cui cetera, tamquam species, subjecta sunt. Cf. Dionys. Halic. de Thucyd. jud. cap. 9, qui post Hermagoram alias tres partes oeconomiae subjecit.

De notione vocis οἰκονόμια infra § 32 agemus.

Demetrius Syrus[5]), Apollonius Molon, Georgias, quem latino ore reddidit Rutilius Lupus, et tandem Castor Gallus cum Philodemo Epicureo, qui nuper, misere discerptus ac dilaceratus, ex Herculanensi sepulcro resurrexit[6]).

§ 21.

Sed tempus est, ut Theodectea reliquias inter Romanorum, cum privatas, tum publicas parietes vestigemus.

Quamquam enim Graeci rhetores senatus consulto (161 a. Ch.) Roma expulsi, et postea reducti facti, denuo (a. 92 a. Ch.) venia docendi privati fuerunt[1]), tamen exinde mirificum quoddam nobilissimos quosque Romanorum cepit Graecarum literarum studium, quod, cum primum Aristotelis libri a Sulla Romam translati erant[2]), magis magisque auctum est atque amplificatum[3]).

Et tum quidem inter Philhellenum[4]) principes emicuit M. Tullius Cicero, qui insatiabili bona-

---

5) Hunc Syrum cum Demetrio Magnete (supra § 19 laudato) confuderunt Jonsius pag. 207, (quod vero idem pag. 12 illum „Magnum" dicit, id typographi vitio factum arbitror) atque adeo criticorum princeps Bentleius (opuscul. p. 372). Sed istum errorem jamdudum correxerunt Ernestius Clav. Cic. s. h. v. et Orellius ad Cic. Brut. 91. Cf. Stahr. T. I pag. 6.

6) Vid. in Volum. Hercul. Oxon. 1825. 8vo. T. II pag. 1 — 116. Vide nos in praefatione.

1) Vid. Sueton de clar. rhet. 1. Gell. N. A. XV 11. Cf. Ellendt l. l. pag. XIV sq.

Paulo quidem post iterum Romae docere coeperunt, verum, motibus civilibus interrupti, (Cic. Brut. cap. 90) Augusteo demum saeculo jus rhetoricen publice profitendi nacti sunt (cf. Ellendt. l. l. pag. LXXXVI sq.)

Tandem etiam a Vespasiano imperatore id impetrarunt, ut eodem censu, quo latini rhetores, censerentur. Vid. Sueton. Vespas. 18.

2) Plutarch. vit. Sull. cap. 26.

Latebant horum librorum (nimirum esotericorum) αὐτόγραφα in Apelliconis Teii bibliotheca, quae quidem a Sulla ablata et Romae servata, tamen non ante dictatoris mortem publici juris facta est. Hanc rem luce clarius exposuit Cl. Stahrius Aristotel. T. II.

3) Inter eos, qui de Aristotelis libris servandis, emendandis ac promulgandis optime meriti sunt, primum locum occupat Andronicus Rhodius, de quo docte disputavit Stahrius T. II p. 129 sq.

4) Cic. ad Attic. I, 15: „Nunc quoniam et laudis avidissimi semper fuimus, et praeter ceteros Φιλέλληνες et summus et habemur, et

rum literarum studio, per Asiam, Rhodum, Graeciamque actus, clarissimorum illius temporis virorum disciplinis usus est; neque solum philosophos: Archiam, Phaedrum, Diodotum, Posidonium, Philonem, Antiochum, alios audivit, sed etiam in rhetorum: Xenoclis, Dionysii, Menippi, Apollonii scholis est moratus[5]).

Praeterea etiam doctissimorum veterum scripta undique collecta secum Romam duxit, et non tantum in nitidis bibliothecae suae forulis disposuit, verum potius lucubrationibus percensuit, pertractavit, ne dicam devoravit. Ad haec igitur negotia omnia perpetranda Tullius feliciter nactus est socium Tyrannionem, virum in historia, quum literaria, tum praecipue bibliothecaria[6]) nobilissimum.

At quaeritur nunc, qua ratione Cicero privata sua rhetorices studia moderatus sit, in qua re ipse, utpote candidus testis, audiendus est[7]).

---

multorum odia atque inimicitias reipublicae causa suscepimus: παντοίης μιμνήσκεσ ἀρετῆς, curaque, et effice, ut ab omnibus et laudemur, et amemur."

5) Vid. ipsum in Bruto cap. 91.

6) Hunc virum primus pro merito laudavit Stahrius T. II p. 122 — 129.

Sed juvat his omnibus adscribere quaedam Ciceroniana, lectu semper dignissima.

Ad. Attic. IV 4b): „Perbelle feceris, si ad nos veneris. Offendes designationem Tyrannionis mirificam librorum meorum, quorum reliquiae multo meliores sunt, quam putaram; etiam velim, mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris; iisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci, ut opinor, (συλλάβους?) σιλλύβους appellatis."

Ibid. ep. 8a): „Postea vero, quam Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis aedibus. Qua quidem in re mirifica opera Dionysii et Menophili tui fuit. Nihil venustius, quam illa tua pegmata, postquam mihi sillybis libros illustrarunt."

Ad. Quint. fratr. libr. III ep. 4 § 3: „De bibliotheca tua Graeca supplenda, libris commutandis, latinis comparandis: valde velim ista confici, praesertim quum ad meum quoque usum spectent.

Sed ego, mihi ipsi ista per quem agam, non habeo. Neque enim venalia sunt, quae quidem placeant, sed confici, nisi per hominem et peritum et diligentem non possunt; Chrysippo tamen imperabo et cum Tyrannione loquar."

Cf. ejusd. libr. ep. 5 § 5.

7) In universum laudamus Cic. de Divinat. II cap. 1 § 4; de

De Invent. II 2 § 5 et 6: „Nobis omnium quicunque fuerunt ab ultimo principio hujus praeceptionis (rhetoricae) usque ad hoc tempus, expositis copiis, quodcunque placeret eligendi potestas fuit. Ac veteres quidem scriptores artis, usque a principe illo inventore Tisia repetitos, unum in locum conduxit Aristoteles[8]); et nominatim cujusque praecepta, magna conquisita cura, perspicue conscripsit, atque emodata diligenter exposuit: ac tantum inventoribus ipsis suavitate et brevitate dicendi praestitit, ut nemo illorum praecepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes, qui, quod illi praecipiebant, velint intelligere, ad hunc, quasi ad quendam multo commodiorem explicatorem revertantur.“

Ecce habes causam memoria dignissimam, quae id effecit, ut Theodectis scripta mox immerito silentio atque oblivio obruerentur; neque hoc Ciceronis demum aetate factum arbitror, cum et illi Aristotelis libri jam ante promulgatam Apelliconis bibliothecam circumlati et perlecti sint[9]): quae res insuper Antonii exemplo probatur. Is enim, qui ante Sullae raptum diem obiit, dixit[10]): „Cujus (scil. Aristotelis) et illum legi librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum et illos, in quibus ipse sua quaedam de eadem arte dixit.“

Nihilo vero minus Cicero etiam ipsa rhetorica Theodectis scripta et cognovisse et inspexisse videtur, quod non uno loco significat.

Orator. cap. 51 § 172: „Ejus (scil. Aristotelis) auditor Theodectes, inprimis (ut Aristoteles saepe significat) politus scriptor et artifex, hoc idem sentit et praecipit[11]).

Jam vero nonnullos (in iisque Erythraeum in praefat. ad antiq. Rhet.) extitisse video, qui contenderent, Cice-

---

finib. V cap. 4 § 10; de Inventione II cap. 10 § 43 ibid. cap. 38 § 160 quibus locis Tullius fatetur, sese in rhetoricis praecipue Aristotelem et Theophrastum auctores secutum esse.

8) Cf. Cic. Brut. 12

De titulo hujus libri τεχνῶν συναγωγή supra (§ 16 collat. infra § 23) disputavimus unde corrigendus est Strebaeus, qui librum ἀτάκτων putat.

9) Vide Stahr. T. II p. 182 sq.

10) Ap. Ciceron. de Orat. II 38 § 160 collat. cap. 36 § 152.

De Antonio vide: Dissertat. historic. de personis dialogi Ciceroniani de Oratore, auctore Joh. Atterbom. Londini Gothorum 1801. 4to.

11) Cf. eund. ibid. cap. 57 § 194 et 64 § 218 collat. de Invent. II 2 fin.

rorem in iis, quos juvenili aetate, conscripsit libris „de Inventione“. Theodectem ducem secutum fuisse, quorum sententiam, egomet ipsis Ciceronis verbis[12]) refellere potius, quam comprobare velim. Ille autem l. l. I 14 sq. enumerat sex orationis partes: „exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio,“ de quibus quantum Isocrati, Theodecti, Aristoteli, Theophrasto, aut alio cuidam auctori tribuendum sit, amplius dirimi nequit[13]).

Tum quidem Cicero in libris de oratore[14]), quos serius exaravit, argumentorum primam partitionem, in insita et assumta, ab Aristotele[15]) mutuo petiit, sed reliquae divisiones (ut jam animadvertit Talaeus ad Cic. l. l.) nentiquam sunt Aristotelis.

Adde, quae ipse Tullius in Ep. ad fam. I 9 de his tribus de Oratore libris dicit: „Abhorrent a communibus praeceptis et omnem antiquorum et Aristoteleam, et Isocrateam rationem oratoriam complectuntur[16]).

Itaque et Theodectem, qui tamquam medium tenebat inter utrumque praeceptorem suum, rarius laudat, cum tamen eum magni aestimasse videatur.

Haec autem, quam Cicero in rhetoricis secutus est, eclectica ratio, jamdudum inter Graecos usitata erat, de qua re Cic. de Invent. II 2 fin. et 3 init.: „Nam fuit eodem tempore, quo Aristoteles, magnus et nobilis orator Isocrates, cujus ipsius, quam constet esse artem, non invenimus. Discipulorum autem atque eorum, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte praecepta reperimus.

Ex his duabus diversis secuti familiis[17]), quarum altera, quum versaretur in philosophia, non ullam rhetoricae quoque artis sibi curam assumebat, altera vero omnis in dicendi studio et praeceptione occupata[18]) unum quoddam est conflatum genus a posterioribus, qui ab utrisque

12) De Invent. II 2 init. et fin. 3 init.

13) Atque idem accidit, ut (§ 23) videbimus, in Quintiliani (III 9 et IV 3) orationis divisione.

14) Lib. II cap 39 collat Quintil. V 10, 8 et 11.

15) Rhetor. I, 2 § 2: πίστεις ἔντεχνοι καὶ ἄτεχνοι. Cf. nos infra § 30.

16) De cujus loci sensu pluribus docte disputavit Spengelius pag. 167; plura etiam in secunda commentationis suae parte edenda promisit.

17) Quintil. III 1. Hinc et diversae secari coeperunt viae.

18) Has diversas rhetorum vias egregie descripsit Cicero sub Antonii persona, in lib. de Orat. II 38.

ea, quae commode dici videbantur, in suas artes contulerunt: quos ipsos simul, atque illos superiores, quoad facultas tulit, proposuimus, et ex nostro quoque nonnihil in commune contulimus.“

Et idem ibid. c. 2 init.:

— „Non unum aliquod proposuimus exemplum, — sed omnibus unum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime praecipere videbatur, excerpsimus et ex variis ingeniis excellentissima quaeque libavimus.“

Quod Cicero tragica Theodectis opera ne verbo quidem memoraverit, condonemus ingenio in sola fere pedestri oratione versanti.

Sed hac aetate ab alio scriptore pauci quidam Theodectis versus forte fortuna servati sunt; Strabonem inquam, cui (si ratio nostra constat) licuit in Alexandrina bibliotheca Theodectis scripta inspicere.

Verum (quod salva illa supputatione monendum est) totus Strabonis (Geogr. XV 1 § 24) locus ita est constitutus, ut illos ipsos versus potius Onesicrito auctore laudatos credamus.

§ 22.

Sequitur Dionysius Halicarnassensis, Graecorum hujus temporis rhetorum nobilissimus. Ille enim, quamquam in iis, quae juvenili aetate literis mandavit, levius versatus esse videatur, cum modo judicium contineret, modo praecipitaret, neque usque in fontibus perscrutandis cautius ageret[1]): in hac tamen argumentorum

---

„Atque inter hunc Aristotelem —— et hos germanos hujus artis magistros hoc mihi visum est interesse, quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque adspexit, quae ad dicendi artem, quam ille despiciebat, pertinebant: illi autem, qui hoc solum colendum dubebant, habitarunt in hac ratione tractanda non eadem prudentia, qua ille, sed usu in hoc uno genere studioque majore.“

Buhlius (ad Aristot. T. IV p. 5 not. 1, iterum T. V praef. p. IV not. 3 et tandem etiam in Ersch's und Gruber's Encyclopaed. s. v. Aristot.) suo more negligentius egit, cum hunc locum ex Cic. de finib. bonn. et mall. V 58 proferret.

40) Vide Cl. Heeren de fontibus Geogr. Strabon. Commentat. in Comment. soc. reg. scient. Gotting. recent. Vol. V class. hist. et philol. p. 97 — 160.

1) Vide Alb. Gerh. Becker: Dionys. Halic. als ästhetisch-kritischer

tenuitate minime respui debet. Jam in iis, quae de Theodecte memoriae prodidit ex duplici rerum natura, duplicis fontis auctoritatem divine cognoscere licet. Nimirum in libro de Isaeo § 19 et in ep. ad Ammm. I § 2 Nostrum inter Isocratis discipulos, et quidem ab Aristotele sejunctum, profert, in qua re Hermippum [2]) auctorem secutus esse videtur, tum in libro de compos verb. cap. 2, et de admirand. vi dic. in Demosth. cap. 48 laudat Theodectis studia grammatico-rhetorica, ita tamen, ut juxta illum Aristotelem eadem probantem nominet. Et horum quidem locorum habitus ita est comparatus, ut apparet Dionysium Theodectis scripta legisse. Tandem etiam superest locus in epist. ad Amm. I § 12, quo ille Nostri tragoedias Alcmaeonem commemorat; sed haec ipsis Aristotelis (Rhetor. II 23 § 3) verbis tradit, neque contra illum in omnibus Dionysii scriptis reperitur judicium, quod verisimile reddere possit, illum etiam tragoedias Phaselitae cognovisse. Haec enim tum temporis a rhetore erant abalienata.

Tunc etiam inter rhetores innitebant Caecilius Calactinus, Theodorus Gadarenus, Apollodorus Pergamenus, Hermagoras jun., Athenaeus Peripateticus, Theon Stoicus et Areus Pythagoreus, quorum nomina ac praecepta nonnisi ex tenui posteriorum (praesertim Quintiliani) traditione ad nostrae usque aetatis notitiam pervenere [3]).

Transeamus ad Plutarchum, qui (ut diximus in § 4 et 16) in vit. Alex. cap. 17 de honoribus loquitur, quos Noster post mortem expertus sit.

Haec ex Onesicriti, aut Hermippi libris desumsit, quos ille, ut ex aliis quibusdam locis apparet [4]), in vita Alexandri contexenda secutus est.

Quae si, tanta auctoritate freti, pro veris accipere debemus, tamen in iis, quae in vita Isocratis traduntur (licet et haec maximam partem [5]) ex Hermippi libris petita

---

Schriftsteller. Krueger: Dionysii Historiographica et Westermann l. l. pag. 192 sq.

2) Quod ipse Dionysius in Isaeo 1 docet: *οὐδὲ γὰρ, ὁ τοὺς Ἰσοκράτους μαθητὰς ἀκαγράψας Ἑρμιππος, ἀκριβὴς ἐν τοῖς ἄλλοις γενόμενος, ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ῥήτορος* (scil. *Ἰσαίου*) *οὐδὲν εἴρηκεν κ. τ. λ.*

3) Vide Westerm. p. 193 sq.

4) Vide Heeren de fontibus et auctoritate vitt. parall. Plutarchi commentatt. IV. Gotting 1820. collat. St. Croix. Examen. crit. des hist. d'Alex.

Vide Stahr. T. II p. 48 not. 3.

5) Ut jam supra § 20 verbo significavimus.

sint) non item temere Plutarcho[6]) fides est habenda[7]), nisi aliorum[8]) testimonia accedant.

§ 23.

At jamjam haeremus in Quintiliano, de quo πρόβλημα Ἀριμηδειον est. Nempe is primus dubitationem super auctoritate rhetorices Theodecteae attulit in instit. orat. II, 15, 10: —— „a quo (scil. Gorgia) non dissentit Theodectes, sive ipsius id opus est, quod de rhetorice nomine ejus inscribitur, sive, ut creditum est, Aristotelis“ etc.

Atque hoc loco primum id nos offendit, quod nunc demum Fabio illud dubium injectum sit, cum antea bona fide Theodectem tamquam genuinum excitaverit; sed illa omnia, quae Quintilianus lib. I 4 § 18 profert, verbotenus reddidit ex Dionys. Halic. de comp. verb. cap. 2. Deinde lib. III 1, 14 verbo denotat ea quae lib. II 15 § 10 de Theodectis opere dixerat.

Lib. IV 2 § 63 omissa illa notula simpliciter Theodectem laudat, quae res docet, Fabium, eundem pro dicti operis auctore accepisse.

Denique lib. IX 4 § 88, ubi de numeris orationis disputat, Theodectem simul cum Aristotele, Theophrasto et Dionysio (de composit. verb. cap. 17) tamquam sententiae suae auctorem enumerat.

Dionysius quidem ipse (ibid. cap. 25) Aristotelem (Rhet. III 8 sq.) solum testem, quem ceteri fere omnes secuti sunt, provocat.

Jam id summi mihi momenti esse videtur, quod Cicero quoque in Orator. cap. 51 sq. de numeris orationis egit, ibique Theodectem laudavit.

Nempe ille (ut dictum est § 18 et 21) legerat etiam

---

6) Plutarchum dico, neque vero Pseudoplutarchum. Nam qui olim huic auctori libellum de vitis X oratt. abjudicaverunt: Taylor. Lect. Lys. 5, 6. Ruhnken hist. crit. p. 47 sq. alii, jamdudum illi gravissimis argumentis profligati putandi sunt, ab Alb. Gerh. Becker in Uebersetz. d. Andocides p. 111 — 132, Westermanno l. l. pag 60 et ab eodem V. D. peculiari commentat., quam nuper suae libri illius editioni praefixit.

7) Vide Schirach. dissertat. de vita et genere scribendi Isocratis pag. 3.

8) Photium semper excipio qui (pag. 487) Plutarchum totidem fere verbis reddidit.

Aristotelis τεχνῶν συναγωγήν, in quo libro Stagirites inter alia Theodecteae rhetorices praecepta exposuerat. Quare cum Cicero l. l. eadem de Theodecte tradat, ac (Dionysius et) Quintilianus IX 4 § 88: id certe constat, et omnes unum idemque opus Theodecteum laudasse, et ea praecepta, quae in dicto opere, sive id Theodectis fuerit, sive Aristotelis, consignata erant, haud dissentire ab iis, quae Aristoteles tamquam genuina Theodectea in τεχνῶν συναγωγῇ prodiderat.

Haec igitur cum omnium rerum fide videantur superstructa in limite quaestionis obviae praefigenda sunt.

Quaeritur nunc quodnam opus Quintil. II 15 § 10 et all. ob oculos habuerit? —

Manifeste τὰ Θεοδέκτεια, quod omnes facili negotio intellexerunt; cujus vero et quale hoc opus fuerit, haud quisquam adhuc enucleare aut voluit, aut potuit. Spaldingius ad l. l., nihil moratus Valerii Maximi (VIII 14, 3) interpretationem, τὰ Θεοδέκτεια putat esse Rhetorica ad Theodectem, et eodem quidem sensu ab Aristotele dicta, quo idem Νικομάχεια et Εὐδήμεια apellaverit, quorum et ipsorum tituli summis viris fraudi fuerunt [1]).

Verum his, quamquam aliqua ex parte assensum nostrum ferre poterint, nihildum neque actum, neque absolutum videtur. Inveteravit jam inde ab antiquitate perversa ista opinio, qua liber ille Rhetoricorum ad Alexandrum epitome Theodecteorum Aristotelis esse perhiberetur. Hunc igitur librum cum videamus doctissimorum virorum [2]) cura ad genuinum auctorem suum, Anaximenem, feliciter relatum, tamen licet adeo ulterius progredi, dicendo, illum demum post

---

1) vid. Victor. ad Aristot. Rhet. III. 9 § 9 et ejusd. praefat. in Rhetor.

2) In his primus extitit Petr. Victorius l. l. Secuti sunt Nunnesius, Ant. Majoragius, Thom. Rhedigerus (ut ipse vir celeberrimus annotavit in fronte cod. Ms. Rhetoric. ad Alex. qui adhuc extat Vratislaviae in Bibl. Rhedigeran.) Patritius, Muretus, Aldobrandinus, Andr. Schottus, Vossius, Menagius, Gessnerus cum Spaldingio l. l. et ad III. 4. 9.

Contra hos pugnarunt Fabricius bibl. gr. T. III. p. 223, Garnier in Mem. de l'Instit. de France. Vol. II p. 44. Buhlius ad Aristotot. T. IV. p. 3 sqq. et 545 sqq. (qui postea in praefatt. ad T. V & VI. et in Ersch und Gruber Encykl. s. v. Aristot. Spaldingii auctoritate commotus, sententiam suam retractavit); Ernestius in Lexic. technol. praefat. pag. XV, Goettling. ad Aristot. Politic. p. 292 et Tietze de Aristot. opp. serie et distinct. p. 55. Vide de his omnibus Groddeck. Init. I. p. 126 II. p. 171. Stahr Aristot. T. II. p. 227 sqq. Westerm. p. 145 et Spengel p. 182 sqq., qui, quod dubitationis residuum erat, sustulit.

Quintiliani tempora pro Theodecteis Aristotelis fuisse habitum, cum magnopere dissentiat ab iis, quae a triumviris illis, Cicerone, Quintiliano ac Dionysio ex Theodecteis sic dictis proferuntur.

Porro etiam, cum tandem inter omnes[3]) constet, epistolam, quae nunc in fronte Rhetoricorum ad Alexandrum reperitur, esse spuriam, id quoque magnam veritatis speciem habere videtur, easdem literas ad aliud quoddam Aristotelis opus pertinuisse[4]) illique, divulsis jam ac corruptis Stagiritae scriptis fuisse praefixas.

Jam Buhlius[5]), cum se sagaci Spaldingii inventione convictum videret, novis viribus collectis, eadem animositate, qua priorem, aliam quandam sententiam defendere conatus est. Etenim contendit, Quintilianum (nam Ciceronem et Dionysium respicere ei non placuit) idem opus intellexisse, quod auctor epistolae ad Alexandrum significet verbis: *τέχναι Θεοδέκτη γραφεῖσαι*, quodque ipse Aristoteles (III 9 § 9) *Θεοδέκτεια* nominaverit, et hoc quidem omnino fuisse (eheu!) *τέχνων συναγωγήν*.

Quî, quaeso, isti viro in hac re fidem habere possis, qui non solum principales locos (Cic. de invent. II. 2, et Brut. 12) huc spectantes non novit, sed etiam eum, quem unice cognoverat, locum (Cic. de Orat. II. 38) sub falso titulo (Cic. de finib. V. 38! vide nos § 21 not. 17) introduxit, neque post tot lustrorum spatium, meliora doctus, errorem depulit.

Nostra sententia haec est: Extat apud Diog. Laërt. V. 24 in Catalogo librorum Aristotelis titulus: *τέχνης τῆς Θεοδέκτου εἰσαγωγῆς ά*[6]), h. e. Isagoge, vel introductio in artem rhetoricam a Theodecte inventam, uno libro comprehensa. Quid enim aptius, quid magis cum rerum natura congruens inveniri potest, quam quod Stagirites, summus ille literarum arbiter, hac ratione librum, quem familiaris Phaselites ipso auspice exaraverat, lectoribus commendare voluerit.

---

3) Laudandi sunt Victor. varr. lectt. 14, 11 Heumann. in Fabr. bibl. gr. T. III. p. 223 ed Harl., Bredowius, St. Croix Examen crit. des hist. d'Alexand. p. 201 et Stahr II. p. 229.

Aliter sentiunt Titze l. l. et Zell. Ferienschriften I. p. 162.

4) vid. Buhle ad Aristot. Opp. T. V. p. VIII. et St. Croix l. l. Plura etiam a Stahrii doctrina exspectamus.

5) In Ersch und Gruber Encyklop. s. v. Aristot.

6) Sic dedit Huebnerus; alii vero cum Menagio volunt *συναγωγῆς*. Vide nos supra § 8 not. 6.

Hic liber modo separatus, modo (et saepius quidem) conjunctus cum Theodectis scriptis circumferebatur; unde factum est, ut veteres scriptores utrumque communi Theodecteorum nomine complecterentur et totum opus modo Aristoteli[7]), modo Theodecti tribuerent.

Quod vero ad Quintilianum cunctatorem attinet, equidem putaverim, eum libros illos conjunctos ante oculos habuisse, cum vocem „opus“ usurparet.

Atque nunc demum apparet, quid sibi voluerit Anonymus vitae Aristotelis auctor apud Menag. cum scriberet: τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ'. Scilicet intellexit opus illud conjunctum.

Cum vero in mediis conjecturis struendis versemur, juvat et aliam qualemcunque sententiam movere. Habemus in Laërtii Catalogo[8]) titulos: τέχνης ῥητορικῆς ά, β' et ἄλλη τέχνη ά, β', unde, cum ex superioribus verisimile sit, Theodectem artem suam (excepta Aristotelis isagoge) duobus libris absolvisse, quam maxime habeo mihi persuasum, latere in catalogo Laërtiano vestigia tituli genuinae illius artis ab ipso Theodecte scriptae.

Quae si omnia alte memoriae mandamus, iisque ad veram Phaselitae manum restituendam utimur: id saltem efficitur, ut omnia, quae usque ad Quintilianum ex Theodectis praeceptis rhetoricis sunt prolata, tamquam vera accipere possimus.

Neque abhinc sunt audiendi, qui argutius dicant, multa, quae pro Theodecteis haberentur, fuisse ex Aristotelis isagoge desumta; nam haec certe (ut diximus) non pugnarunt cum Theodectis sententia. Contra vero nihil impedit, quo minus statuamus, Aristotelem invitum familiari suo inter posteros magnam gloriae suae partem praeripuisse, cum plura, quae a Theodecte inventa essent, ad illum auctorem nobiliorem transferri solerent.

De tempore, quo cuncti Theodecteorum libri perierint, frustra quaeritur.

Ergo pergamus potius in ea, quam interruptam reli-

---

7) Ad hanc enim sententiam perducti sunt ipsius Aristotelis verbis (Rhet. III. 9 § 9.)

Sed vide (collat. § 6) an hac ratione Valerianae istius narratiunculae verus sensus atque ortus repertus sit. Id enim nullo modo probari potest, omnes libros illos ab Aristotele auctore Theodecti fuisse concessos.

8) Anonymus Menagianus dissentit ab illo. Alterius enim loco rectius dedit τέχνης ῥητορικῆς γ' (eadem est, quam superstitem habemus); alter titulus latere videtur in τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ'.

quimus, quaestione: qua via fama de Nostri vita et scriptis ab altero ad alterum scriptorem per tot saeculorum spatia migraverit.

§ 24.

Inter **Romanos** Rufinus duobus locis[1]) Theodectem commemorat, ita tamen, ut tantum Ciceronis (Orat. 51) verba redderet, nec quidquam novi ex suo adderet, nisi nomina eorum, qui post Ciceronem et Quintilianum numerorum praecepta latinis literis tradiderunt. Sed in horum reliquiis nusquam nobis Phaselitae vestigia reperta sunt. Aulus Gellius, de quo supra § 10 disseruimus, dicit N. A. X 15. „Extat nunc quoque Theodectis tragoedia, quae inscribitur Mausolus, in qua eum magis, quam in prosa, placuisse Hyginus in Exemplis refert.“ Cum vero Hyginus olim Palatinae bibliothecae praecesset[2]), credibile est, tragoediam illam Romam delatam esse, eoque magis dolemus Polyhistoris jacturam, cui fortasse contigit plura ejusmodi in pluteis Palatinis investigare.

Inter **Graecos** illa aetate Telephus[3]) quidam, Grammaticus Pergamenus, vitas tragicorum et comicorum scripsisse fertur, quas nunc desideramus.

De Pausaniae auctoritate h. l. nihil est monendum.

Pollux Onomast. VI 19, ubi de facultate Theodectis, in griphis proponendis spectabili, loquitur, Clearchum ante oculos habebat, quem saepius laudavit[4]).

Sequitur Aelianus, qui in hist. animall. VI 10 de admiranda Theodectis memoria eadem tradit, quae in omni antiquitate fama vulgata erant.

Rhetores (scil. artium scriptores) illius temporis fere omnes aut Nostrum silentio **transierunt**, aut perditis ipsorum scriptis nobis **minus noti sunt**[5]). Ex his nominabo Aristidem, Alexandrum Numenium, Demetrium Alexandrinum, (quem praegnans Amalthea nobis propediem est paritura) Aristoclem Messen., Lollianum[5a]), Aspasium, in primis juvenem illum ingeniosum, Hermogenem Tarsensem, cujus scripta ingentem commentatorum

---

1) De composit. verbor. pag. 316 et 318 ed. Paris.

2) vid. Sueton. de illustr. grammatt. cap. 20.

3) vide Jons. scr. hist. philos. p. 256.
collat *προλεγγ. τῶν στάσεων* p. 5 (ap. Walz. T. VII. 1.

4) vide Polluc. ibid. II. 4.

5) vide Westerm. p. 217 sqq.

5a) de quo infra § 31 agendum est. cf. interea Westerm. p. 222.

numerum nacta sunt. Huic adversatus est Minucianus major [6]), (ἀντίτεχνον vocabat Hermog. teste Greg. Corinth. εἰς τὸ περὶ μεθόδ. δεινοτ. ap. Walz. T. VII 2. p. 1219) qui cum saepius una cum Theodecte, quem imitatus est, laudatus sit [7]), merito in hac causa primum locum inter aequales occupat; licet jamdudum deperditus sit.

Ex eo inde tempore magis magisque inter viros doctos increbrescere coepit compilationum et excerptionum studium, et nunc demum emergunt disjecta tragoediarum Theodectearum membra, in quibus corripiendis et colligendis alter hoc, alter illud consilium sequebatur.

Magna enim in his mihi varietas voluntatis, et dissimilitudo opinionis ac judicii est demonstrata.

Plurimi autem nonnisi sententiarum flores et dictionum elegantiam spectabant, dramaticae artis ingenium nemo; unde factum est, ut innumeri illi tragicorum, qui post Euripidem floruerunt, versus ad artium historiam explanandam parum valeant, nisi forte accedat Aristotelis notula, aut docta Scholiastae cujusdam expositio.

Et Porphyrius quidem (ap. Euseb. Praep. evangel. X 3 et Clem. Alex. VI pag. 623) innumera veterum scriptorum exempla eo consilio collegit, ut comprobaret, quid et quo modo alter alterum imitatus, aut ab altero furatus sit.

Athenaeus dumtaxat griphos ante oculos habebat. In his secutus est (ut ipse profitetur) Hermippum, Clearchum atque Aemilianum, ita tamen, ut exemplorum numerum ex ipsis veterum scriptis in Alexandrina bibliotheca servatis complevisse videatur, cum pluribus saeculis post Stobaeus tot singularum tragoediarum versus evulgaverit. Ad hunc autem id pertinet, quod paulo ante de sententiarum captatoribus dictum est [8]); eandemque fere rationem secuti sunt Ecclesiae Patres, quibus perpauca Theodectea debemus.

Quid porro dicam de tota ista rhetorum turba, qui

---

6) vide Anonymi Scholl. εἰς στάσεις multis locis (ap. Walz. T. VII. 1.) collat. Westerm. p. 220 et 233 vid. nos infra § 33.

7) cf. Tzetz. Chil. XII. 370 et Gemist. Plethon ap. Walz. T. VI. p 583 et 587 de quibus vide nos infra Cap. V. § 29 sqq.

8) vid. nos infra in Commentat. II.

cf. Heeren Commentat. de fontibus eclogg. Stobaei (in ejusd. edit. eclogg. ethic. et physic. Stob.) in quo libello plura desiderantur. cf. Schoell Gesch. der Griech. Literat. T. III. p. 399 sqq.

artis suae praecepta reliquerunt[9]: Dionys. Cassio Longino, Basilico, Apsine Gadarensi, Minuciano juniore, Aphthonio[10], Aelio Theone, Rufo, Tiberio, Phoebammone, Cyro, Menandro cum Alexandro? — quorum dictio ad Sophistarum veterum exempla, cum Junone, Sirenibus, auro, purpura, margaritis erat composita.

Quid denique de iis, qui Hermogenis aliorumque scripta aut illustrarunt, aut excerpserunt: Syriano inquam, Sopatro, Joh. Sicul. Doxopatro[11], Marcellino, Greg. Corinthio et Gemist. Plethone[12]?

Praeterea scholiastes omnes, qui usque ad medii aevi finem veterum scriptorum opera illustrarunt, frustra adhibuimus, excepto Aspasio (ad Aristot. Ethic. Nicom. VII 7). Sed tamen hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam, quin in posterum plura eruerentur ex scholiis ineditis[13] ad Aristotelis Rhetorica, quorum auctores feruntur Stephanus Peripateticus, Gregor, Nazianzenus, Aspasius et Alexander Aphrodisiensis. Utinam liceat nobis quamprius in eorum adspectum vel potius complexum venire!

Denique etiam codices palimpsesti spem Nostram, Theodectea augendi, adhuc fefellere.

§ 25.

Eustathius ad Dionys. Perieget. 855 brevem de Theodecte adnotationem ipsis Stephani Byzant. verbis adscripsit. De hujus viri auctoritate nihil fere dicere possumus, nisi quod ea, quae de Phaselite enarravit, non multum sane distant a Suidae sententia; immo potius altera alteram excipere atque auctiorem reddere videtur. Suidas autem (et ex eo Eudocia), cum saepius singularum rerum auctores nominare soleat[1], Theodectis vitam nude enarrat, ita ut nescias, qua fide illa sit superstructa. Neque adhuc viris doctissimis sagacissimisque, Pearsono, Kustero atque aliis quam plurimis contigit investigare fon-

---

9) vide Westerm. pag. 229 — 234 et 249 — 259 de Longino vide nos § 35, de Rufo § 39 s. fin.

10) Qui propter Scholiasten suum in Montfaucon bibl. Coislin, p. 394 laudandus est.

vide nos infra § 31.

11) vide § 28 et 31.

12) de quo vide § 29 sqq.

13) vide Buhle praefat. ad Aristot. Rhetorr. collat. Westerm. p. 149 sqq.

1) vide Fabric. bibl. gr. T. VI. p. 419 sqq. ed. Harles.

tes, e quibus emanaverint illa biographiarum compendia. At est mihi persuasissimum, primitivum illud Onomasticon, quod nobis excerptum servavit Suidas[2]), congestum fuisse ex narrationibus narratiunculisque illorum scriptorum, quos supra enumeravimus[3]), quorum opera magna certe ex parte usque ad Hesychii Milesii Onomasticographi tempora aetatem protulerunt. Verum, utut res haec sese habet, grato animo accipiamus exigua Suidae et Eudociae dona.

Alia quidem jam antea suis quaeque locis recondimus, alia vero, quae ad scripta Theodectis pertinent, nunc demum accuratius dispescamus ac disponamus.

In his autem plura nos offendunt, quae judicium suspendant. Ac primum miramur quinquaginta fabularum numerum, de quo in Commentat. II. init. videbimus.

Deinde quod Noster rhetoricen numeris inclusam[4]) scripsisse fertur, facile id quidem Suidae ingenio condonamus,[5]) sed quod idem cum Eudocia pedissequa junio-

---

2) Ut ipse Suidas ingenue profitetur s. v. *Ἡσύχιος Μιλ.* cf. Schoell Gesch. der. Gricch. Lit. T. III. p. 197 sqq.

3) Haec enim fere omnia Suidae, sive potius Hesychii gratia prolixius disserui et diutius sane facere vellem, nisi me lucerna desereret.

4) Suid.: *τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτροις.* Eudoc. l. l. habet *ἐν μέτρῳ.* Contra (ut unum provocem) Dionys. Halic. in ep. ad Ammae I. § 2. Nostrum inter „*παραγγελμάτων τεχνικῶν συγγραφεῖς*" h. e. scriptores praeceptionum de arte dicendi, percenset.

5) Nisi forte legendum sit: *περὶ μέτρων*, ita ut Noster etiam de numeris peculariter scripsisse dicatur; (id enim significare videtur Pletho pag. 592: *ὁράτω γοῦν πᾶς ὁ βουλόμενος καὶ τὴν δὲ τὴν βίβλον τὴν μετρικὴν χρονικὴν κ. τ. λ.* ubi Walxius dubitat an libellum Theodecti, an potius Minuciano tribuat) quamquam potius credam, id opusculum fuisse partem rhetorici illius operis, unde Cicero et Quintilianus Theodectis numerorum praecepta tradiderunt. Quidni igitur hic, ut fieri, solet, id accidisse poterat, ut ab indoctioribus libri pars pro peculiari libello acciperetur. Tantum vero abest, ut, si qua recte statuimus lectionem *περὶ μέτρων*, vox *καταλογάδην* nos offendere queat, ut potius in ea, quam Suidas male interpretatus est, erroris fontem suspicari possimus. (cf. Suid s. v. *Καλλίμαχος*, ubi item *καταλογάδην* legitur. Nam *τὰ καταλογάδην* opposita sunt tragoediis, quas Noster scripsit.

(cf. Eudoc. l. l. et nos infra § 26 init.)

Sic enim sibi invicem opponuntur *τὰ ποιηματικῶς* et *τὰ καταλογάδην* scripta; (Dionys. Halic. Art. Rhet. cap. 6) ut etiam *ποιήματα* et *λόγοι.* (Dion. Hal. de comp. verb. cap. 4).

τὰ καταλογάδην sunt quae prosa oratione enunciantur, eaque vulgo

rem Theodectem addit, qui praeter alia rhetoricam scripserit: videtur patris opus filio tribuisse [6]).

Ceteri enim, ut vidimus, omnes unum Theodectem rhetorem norunt, modo quod Stephanus, sive potius ejus epitomator Hermolaus ei plurali numero ῥητορικὰς τέχνας tribuit. Id vero eo minus movere nos potest, cum singularem jam ab Eustathio (qui Suidae opus noverat) probe restitutum videamus [7]).

Quod ad cetera opuscula attinet, quae (congruente Suidae et Eudociae testimoniis, vide supra § 2). Theo-

---

dicuntur περὶ λέξις, (Dion. Halic. de comp. cap. 3 et 19. Quintil X. 1, 81 Locus classicus est in Ioh. Siceliot. scholl. in Idd. I. p. 113 ap. Walz. T. VI. collat. eod. ibid. pag. 489) cui quidem opponi nequit ἡ ἔμμετρος, verum potius ἡ ἄμετρος et ἡ ἔμμετρος, scil. λέξις, sibi invicem opponuntur. (cf. Dionys. Hal. de comp. 3 collat. cap. 25 init. et med. et de admir. vi dic. Demosth. cap. 48).

6) Ut Nitzschius l. l. iisdem fere verbis adnotavit. Haec autem jam prius conjeceram; nunc vero, quod ab illo probata video, multo mihi ἀττικώτερα videntur.

Praeterea id jam antea nobis dubitationem incussit, quod Theodectes junior rhetoricen septem libris comprehendisse dicitur, cum alii fere omnes eandem uno, duobus, tribusve libris absolverent. Jam si verba τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις ἑπτά comparantur cum iis, quae Stephanus in loco illo corrupto de patre tradit:

λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν, quam maxime est verisimile, haec ex communi fonte primitivo hausta, inter se confusa, deinde vero a sinistra quadam manu vitiose fuisse disturbata.

Locus, ut quidem nunc legitur, nulla medela sanabilis est, nisi ad vivum resecetur. Ergo vide an Stephanus (qui paulo ante Hesychium vixisse videtur) in vetere quodam libro sic legere potuerit: ἔγραψε (scil. Theodectes pater) — τέχνην ῥητορικὴν καὶ λόγους ῥητορικοὺς ἑπτά.

Hoc modo uno eodemque periculo triplex vitium sanatum est. Etenim quae filio perperam tributa erant, ad patrem auctorem relata, vocem ἐπῶν, quae semper doctissimos viros vexavit, deletam et contra numerum ἑπτά in commodiorem locum feliciter restitutum vides.

7) Sed pluralis τέχνας alio quodam sensu ferri potest, ita, ut significet singula artificia, vel artis praecepta, quae unam efficiunt τέχνην, ut est in Plutarcho vit. Isocrat. εἰσὶν οἱ καὶ τέχνας αὐτὸν (scil. Ἰσοκράτην) λέγουσι συγγραφέναι. Isocrat. contr. Sophistt. fin. λοιποὶ οἱ — τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντες.

Cic. Brut. 12 „Isocratem totum se ad artes componendas transtulisse" collat Aristot. Rhet. I. 1, 3 et Dionys. de compos. 1. Eadem etiam dicuntur κανόνες τῶν τεχνῶν (Dionys. judic. Lys. cap. 24) vel παραγγέλματα τεχνικά (id. ep. ad Amm. I. 2 collat. Diog. Laërt. Socrat. § 5.) Singularis vero, τέχνη, ars, est systema doctrinae, sive

dectes junior conscripsisse fertur, ne levissimum quidem superest argumentum, quo dignoscere possis, cujusmodi illa fuerint, aut quo jure omnino filio tribuantur. Excipio ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἠπειρώτου, cum temporum ratio impediat, quominus id ad Theodectem patrem auctorem referamus.

Namque Epiri Rex demum Olymp. CX. fin. 337 a. Ch. cum classem in Italiam appulisset; [8]) et paulo post, Olympiad CXI., 1 = 336 a. Ch. nuptiis illis fatalibus in Macedonia celebratis celeber factus est [9]). Ceterum jam supra § 8 obiter significatum est, quod si in Catalogo Peripateticorum Theodectis nomen reperiatur, filius potius, quam pater intelligendus sit. Tum Suidas s. v. Θεόδ. II. [10]) male, meo judicio, exhibet ἱστορικὰ καὶ ὑπομνήματα. Nam praeeunte Eudocia est legendum: ἱστορικὰ ὑπομνήματα, ita, ut unus modo liber intelligatur et καὶ plane tollatur, cum mox insuper sequatur: καὶ ἄλλα τινὰ ὑπομνήματά. Hujusmodi scriptionum genus egregie explicat Ammon. Herm. ad Aristot. Categor. cap. II. [11]) ὑπομνηματικὰ δὲ ἐκεῖνα καλοῦσιν, ὅσα πρὸς οἰκείαν ἀπεσημειοῦντο ὑπόμνησιν. συνταγματικὰ δὲ λέγουσιν, ὅσα καὶ φράσιν ἔχει πρέπουσαν συντάγματι, καὶ τῶν κεφαλαίων εὔτακτον διαίρεσιν. Denique Theodectes junior etiam νόμιμα βαρβαρικὰ (h. e. gentium barbararum mores) conscripsit [12]).

---

scientiae, systematis ratio et consequentia. cf. Ernest Lexic. Technol. p. 353. Spaldg. ad Quintil. II. 15, 4.

vide nos infra cap. V. § 28.

8) vide Liv. VIII. 3 collat ibid. cap. 24, ubi tristis Alexandri Epirensis in secundo bello Italico (323 a. Ch.) eventus egregie decantatur.

9) vid. Diod. Sicul. XVI. 91 sq.

Emicant igitur in Alexandri Ep. vita tria diversa temporum momenta laudatione profecto diguissima; quare dubitandum est, an illud ἐγκώμιον Theodectis minoris panegyricus (quem dicunt), sive potius epithalamium, sive epitaphium fuerit.

10) vid. Port. et Kuster. ad h. l. cf. Reines. observatt. in Suid. ed. Müller p. 124 et Meinecke observatt. in Eudoc. Violet. in Biblioth. für alte Lit. und Kunst fasc. VI. p. 31.

11) vid. Stahr. Aristot. T. II. p. 253 sqq.

12) vid. Voss. de histor. graecis lib. IV. cap. 9.

Wower Polymath. cap. IX) et Heyne opuscull. T. II. p. 283, quibus locis et alii scriptores quam plurimi, qui eandem materiam tractarunt, percensentur.

§ 26.

Sed redeamus tandem ad **Nostrum**, de quo Suidas sub finem l. l. addit: *ἔγραψε τέχνην ῥητ. — καταλογάδην.* Eudocia hic, ut et aliis locis, Suidam superat diligentia, nam haec verba statim ab initio habet ita [1]): *ἔγραψε τέχνην ῥητ. — καταλογάδην, καὶ τραγῳδίας· ἐτράπη γὰρ καὶ ἐπὶ τραγῳδίας.* Sic etiam dilucidius pernoscitur discrimen inter orationem pedestrem et poëticam oppositam [2]). Quid significent *καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην* in universum nos docent Dionys. Halic. ep. ad Amm. I. § 2, qui Theodectem inter *ἀγωνιστὰς λόγων ῥητορικῶν* enumerat (cf. nos supra § 13 not 1) et Stephanus Byzant, cum Eustathio, quorum verba integra in margine [3]) adscripsimus.

At jamjam haeremus in ista inextricabili voce *ἐπῶν*, ubi alii (Holstenius cum Thom. a Pinedo) volunt *δι' ἐπῶν*, vel *διὰ ἐπῶν*, sicut *διὰ ποιήματος*. Salmasius vero in quibusdam Mss. invenit *ἐπῶν καὶ ἀπέθ·* a quo non longe sane discedit ea lectio, quam Beatus Passowius Noster ex cod. Rhedig. eruit: *ἐπῶν· καὶ ἀπέθανε;* ita ut in voce *καὶ* numerus latere videatur.

Nostrates denique fere omnes arbitrantur cum Ruhnkenio (hist. crit. oratt. gr. p. 49 ed. Frotscher) numerum orationum latere in corrupto „*ἐπῶν*“. Sed quaecunque illi proferant ex promtuario suo cujusque doctrinae et sagacitatis pleno: tamen hic locus majus quoddam, (quale modo § 25 not. 6 suspicuimus) vitium recondere videtur.

Illarum autem **declamationum** a Theodecte scriptarum **duo exempla** nobis reliquit Aristoteles in Rhetor., quorum alterum (de lege) versatur in politicis, alterum (Apologia Socratis) magis in rebus philosophicis atque judicialibus.

Haec vero omnia in ea parte, ad quam nunc transibit disquisitio nostra, *φιλοσοφώτερα διευκρινήσομεν.*

---

1) Consentit Reinesius l. l.

2) vid. nos supra § 25 not. 5.

3) Steph. Byz. s. v. *Φασηλὶς*: *Θεοδέκτης δ' ἦν γένος Φασηλίτης, υἱὸς Ἀριστάνδρου, κάλλει διαφέρων, ὃς ἐποίησε τραγῳδίας ν', καὶ ῥητορικὰς τέχνας, καὶ λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν. ἀπέθανε δ' Ἀθήνησι καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ ἐλεγεῖον τόδε. κ. τ. λ.* Eustath. ad Dionys. Perieg. 855. — *Φάσηλις — ἀφ' ἧς Θεοδέκτης, κάλλει διαφέρων, καὶ ποιήσας τέχνην ῥητορικὴν, καὶ λόγους ἀγαθοὺς γράψας καὶ τραγῳδίας κ. τ. λ.*
cf. Bernhardy ad Dionys. Perieg. T. II. p. 761.

Caput V.

De pedestrium Theodectis scriptorum natura atque indole.

Εὑρίσκεται γὰρ ἡ ἀλήθεια ἐκ τῶν εἰκότων.
Aeschines.

§ 27.

Quum admodum verendum sit, ne quis in me tardius sane cautiusque progrediente nimiam quandam minutiarum, quisquiliarum, nugarumve ubertatem exprobret: id certe illis effecisse mihi videor, ut similibus conjunctis, dissimilibus sejunctis, ne multa, rebus, quae in hac disputatione obviam veniunt, omnibus suo loco atque ordine digestis, nunc tandem judicium ferre possimus de iis, quae Noster in bonis literis iteraverit, novaverit, locupletiora melioraque exhibuerit.

Hoc autem in universum tamquam cardo visum est, in quo tota haec quaestio versetur: Theodectem in constituendis artis rhetoricae praeceptis justum quasi medium tenere inter Isocratem atque Aristotelem; neque Anaximenem [1]) plane despiciendum esse, quippe qui solus ex Isocraticorum numero rhetoricen nobis superstitem reliquerit. Quo igitur modo haecce omnia sese habuerint, id nunc singulatim ostendere aggrediamur.

Ac video viam praemunitam a duumviris [2]) celeberri-

1) Scripsit artem (ut diximus § 23) intra annos 340 — 330 a. Ch.; qua quidem, ut cetera mediocriter, non magnam apud veteres laudem sibi comparasse videtur. Namque Dionys. Hal. de Isaeo Judic. cap. 19 de isto haec: *Ἀναξιμένην δὲ τὸν Λαμψακηνὸν ἐν ἁπάσαις μὲν ταῖς ἰδέαις τῶν λόγων τετράγωνόν τινα εἶναι βουλόμενον, — ἥπται δὲ καὶ συμβουλευτικῶν καὶ δικανικῶν ἀγωνῶν, οὐ μέντοι τέλειόν γε ἐν οὐδεμιᾷ τούτων τῶν ἰδεῶν, ἀλλ' ἀσθενῆ καὶ ἀπίθανον ὄντα ἐν ἁπάσαις θεωρῶν.* collat. Strabon. XIII. p. 589.

2) Malim triumviros, dicere, si mihi licuisset adire francogallum

mis, e quibus large adhuc manavit oratio nostra, Spengelio et Westermanno, quorum quidem alter, cum sibi propositum esset, eorum modo, qui ante Aristotelem scripserunt, disciplinas explanare, Nostrum (quo jure nescio) alto silentio pressit; alter vero universum historiae Graecorum rhetoricae spatium complexus, grandis est verbis, creber sententiis, compressione rerum brevis et ob eam ipsam causam interdum subobscurus.

§ 29.

Ante omnia quaeritur, an Theodectes omnino rhetoricen artem esse dixerit, id quod a nullo teste distinctis verbis traditur; immo potius Dionysius ad Amm. I, 2 dicit[1]), eum scripsisse *παραγγέλματα τεχνικά*. At videmus, priores rhetores fere omnes rhetoricen artem nominasse[2]), quamquam isti in ejus finitione[3])

---

illum doctissimum Bellinum de Ballu (histoire critique de l'éloquence chez les Grecs II. Tom. Paris. 1813. T. I. p. 361 et 863).

1) vide nos § 25 not. 7.

2) Ut ap. Arist. Rhet. III. 13. *τέχνη Δυκιμνίου* et multis aliis in locis.

3) Adversatur e. g. Plato in Phaedr. p. 350, ubi Socrates ita pronuntiat: *ῥητορικὴ οὔκ ἐστι τέχνη, ἀλλ' ἄτεχνος τριβή*. cf. Critolaum ap. Quintil. II. 15, 28, ubi vox *τριβή* redditur per „usus." Et Aristoteles ap. Cic. in Brut. 12 tradit: „Similiter Isocratem primo artem dicendi esse negavisse." collat. Isocrat. contr. Sophist. fin. In universum autem rhetorice veteribus modo ars erat, modo scientia, modo vis, modo usus. Vide Cicero d. Orat. lib. I. Quintil. II. 15, Sext. Empir. adv. Mathem. lib. II. cf. etiam Dionys. ep. ad Pomp. cap. 1 (*ῥητορικὴ φιλόσοφος*) Isocrat. Paneg. p. 7 ed. Mor. Anaxim. Rhet. ad Alex. p. 276 *ἡ τῶν λόγων φιλοσοφία*. De hac vocis „philosophia" notione utilis lectu locus est in Schirach vit. Isocrat. pag. 10 sqq. cf. Spaldg. ad Quintil. II. 15, 34. — Hermagoras quidem et Rufus (init. Rhet. ubi vid. Walz. T. III. p. 447) scientiam esse dicebant; item Xenocrates atque etiam Stoici, vid. Sext. Empir. libr. I. pag. 289, Auct. *προλεγγ. τῶν στάσεων* p. 8 (in Walz. T. VII., 1) et Spalding. l. l.

Denique cum omnia dicendi artificia eloquentiaeque lenocinia penes rhetores essent, factum est, ut si quid in oratione affabre aut eleganter dictum significare vellent: id *ῥητορικὸν* dicerent. Sic Dionys. in Jud. Isae. cap. 8. Demetr. de Elocut. § 20 collat. Anonym. Synops. Rhet. ap. Walz. T. III. p. 461. Troil. prolegg. in Hermog. p. 43 (ap. Walz. T. VI.): *τέχνη* (scil. per se) *δέ ἐστι σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ*. cf. de hac

non satis sibi constarent, nequedum ipsi eandem ita ex omni parte excultam atque certis quibusdam philosophiae legibus constrictam exhibere solerent, ut vero nomine τέχνη dicenda esset.

Quare Aristoteles, qui primus rhetoricen in philosophico fundamento posuit, in Rhet. I, 1 § 3 haec: *Νῦν μὲν οὖν οἱ τὰς τέχνας τῶν λόγων συντιθέντες ὀλίγον πεποιήκασιν αὐτῆς μόριον· αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνον μόνον· τὰ δ' ἄλλα προσθήκαι.*

In illis igitur Noster quoque subintelligendus est[4]), quod non mirum videri potest, cum ipse Aristoteles provectiore demum aetate iteratis studiis[5]) hanc de arte sententiam sibi effinxerit.

Verum ab hac causa alienum arbitramur, quaerere, an omnino rhetorice ars sit, et qualis esse debeat, cum id solum spectandum sit, qua ratione Theodectes Rhetoricen finiverit. Et hunc quidem fere Quintiliano interprete[6]) superstitem habemus ejus fi-

---

quaestione Anonym. Scholl. *εἰς στάσεις* pag. 106 sqq. (ap. Walz. T. VII. part. 1.)

De Nostratibus vide quos laudat Westerm. p. 1 sqq.

4) Neque id obstat, quod Cic. Orat. 51 § 172 dicit: „Theodectes inprimis (ut Aristoteles saepe significat) politus scriptor et artifex." Hoc autem judicium ex Aristot. *τεχν. συναγωγ.* desumtum puto, cum in iis, quae quidem adhuc supersunt, scriptis, nullo loco Theodectes, ut *τεχνογράφος* ab Aristotele commemoretur.

Contra vero, si (quod in medio relinquendum est) Doxopater p. 19 (ap. Walz. T. VI.) definitionem suam ex Theodecte hausit, Aristotelis vituperium in Nostrum cadere nequit.

vide nos paulo post., not. 10.

5) Nimirum Topica, quae ipse laudat in Rhet. I. 1, 12 et 2, 9, scripsit ante Rhetorica majora, et, ut mihi liquet, post Theodectea.

6) Quintil. II. 15, 10. „Itaque diligentiores sunt visi sibi, qui, cum de rhetorice idem sentirent, existimaverunt eam vim dicendo persuadendi. Quem finem Gorgias — velut coactus a Socrate facit; a quo non dissentit Theodectes — finem esse rhetorices, ducere homines in id quod actor velit. Sed ne hoc quidem satis est comprehensum." Sed qui illi diligentiores fuerint, non constat; fortasse (ut observavit Spengelius pag. 38) ipse Gorgias ejusque discipuli.

Socratis verba leguntur in Plat. Gorg. pag. 20 ed. Bekk. *ἡ ῥητορικὴ ἄρα ὡς ἔοικε πειθοῦς δημιουργός ἐστι πιστευτικῆς ἀλλ' οὐ διδασκαλικῆς περὶ τὸ δικαιόν τε καὶ ἄδικον.*

vid. Prolegg. *τῶν στάσεων* ap. Walz. Tom. VII., 1 p. 6 et 33 sq. collat. Schol. cod. Monac. ap. Spengel I. l. et Anonym. Rhet. ap. Walz. T. III. p. 735.

nem [7]), seu finitionem: „Rhetoricen eam artem esse, seu facultatem, quae ducat homines dicendo in id quod actor velit [8])."

Haec vero practica potius, quam theoretica dicenda foret [9]), neque multum dissentit, (ut vidimus § 6) ab ea finitione, quam Isocrates ad Gorgiae aliorumque exemplum statuerat.

Contra illa Aristotel. Rhet. I, 1 § 14: —— φανερὸν καὶ ὅτι οὐ τὸ πεῖσαι ἔργον αὐτῆς, ἀλλὰ τὸ ἰδεῖν τὰ ὑπάρχοντα πιθανὰ περὶ ἕκαστον, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις τέχναις πάσαις [10]).

---

7) Haecce vocis „finis" potestas Quinctiliano propria, Ciceroni vero ignota est. Sic et Aristot. et Euclides utuntur τῷ ὅρῳ ἀντὶ τοῦ ὁρισμοῦ. cf. Spalding. ad Quintil. l. l. et Ernest. Lex. techn. p. 235.

8) vide not. 10. cf. Apollodori definitionem ap. Quintil. l. l. § 12, quae tamen arctiore sensu solum judiciale dicendi genus complectitur.

9) Praeclare de utriusque differentia Quintil. III. 3, 12. „Nam bene dicere est oratoris; rhetorices tamen est bene dicendi scientia: vel — artificis est persuadere; vis autem persuadendi, artis."

Atque accuratius etiam Anonym. ἐκθεσ. ῥητορικῆς in Walz. T. III. pag. 727 et auctor. προλεγγ τῶν στάσεων in Walz. T. VII., 1 pag. 3.

10) Eadem habet Anonym. Epit. Rhet. p. 611 Walz. T. III. et Doxopater ap. Walz. T. VI. p. 19: τέλος δὲ τῆς ῥητορικῆς οὐ τὸ ἁπλῶς πεῖσαι, ἀλλὰ τὸ πιθαναῖς χρήσασθαι μεθόδοις. Quae haud scio an a Theodecte (quem modo laudaverat Siceliota) desumta sint; quamquam distent ab ea definitione, quam auctore Quintiliano tamquam Theodecteam laudavimus. Sed quid credibilius, quam quod ipse Theodectes Aristotelis auctoritate permotus, postea sese a sophistico illo fine abstinuerit. cf. not. 6.

Juvat denique adscribere Vossii (institt. oratt. VI. cap. 6 § 12) de hoc loco sententiam. „Non autem ipse (scil. Pletho pag. 565) hoc vocabulum (scil. μέθοδος) sic usurpavit, sed accepit a Theodecte, qui de fine rhetorices sic disserit in Compend. rhetor Hermog. (videlicet Doxopatri librum praedictum suo more laudat Cl. Vossius): Finis rhetorices est non simpliciter persuadere, sed persuasibilibus methodis uti." cf. Sturm de univers. ration. elocut. lib. I. cap. 6. μέθοδος quid sit exposuit Pletho pag. 579 (collat. Hermog. de Idd. II. 9 et Greg. Corinth. Scholl. in Hermog. περὶ μεθόδ. δεινότ. pag. 1092 in Walz. Tom. VII. 2) his verbis: Μέθοδός ἐστι διάθεσις καὶ ποιὸς σχηματισμὸς ἐξαιρέτως περὶ τὴν ἔννοιαν καὶ τ' ἄλλα. — μέθοδος ἐστι τρόπος ἐπιστημονικὸς τοῦ πῶς δεῖ τὰ νοήματα ἐξάγειν. vid. Walz. ad h. l. collat. Anonym. scholl. in Hermog. στάσεις ap. Walz. T. VII. 1 p. 175. Schol. Anonym. in Idd. ap. Walz. T. VII. 2 pag. 901 et Ernst. Lex. technolg. pag. 206.

Aristoteles igitur ab eventu recedens[11]), dicit ap. Quintil. l. l. § 15: „Rhetorice est vis inveniendi omnia in oratione persuasibilia;“ vel, ut ipsius verbis accuratius expressis (in Rhett. I, 2 init.) utar; *Ἔστω δὴ Ῥητορικὴ δύναμις*[12]) *περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. Τοῦτο γὰρ οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἐστὶ τέχνης ἔργον· τῶν γὰρ ἄλλων ἑκάστη περὶ τὸ αὐτῇ ὑποκείμενόν ἐστι διδασκαλικὴ καὶ πιστική*[13]).

§ 29.

Progrediamur ad officia, sive opera[1]) oratoris. Atque hoc nomine *εὐκαιρῶς* nobis sese obtulit locus Gemistii Plethonis (a nemine, si quid video, adhuc observatus) qui in: *Σηντόμη τῆς Ῥητορικῆς*[2]) ap. Walz Tom. VI pag. 583 haec de Theodecte habet:

Ταῦτα κατὰ τὴν Ἑρμογένους τεχνολογίαν τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περιέχουσαν δύναμιν συνοπτικώτερον ἐξεθέμεθα, προθέντες βραχέα τινὰ καὶ τοὺς ὁρισμούς· φέρε δὴ κατὰ τὸν τεχνογράφον Μινουκιανόν. κ. τ. λ. Et ibid. pag. 585 *Μινουκιανὸς, ὃν ἔφη ἐκεῖνος ὁ τεχνογράφος*

---

11) Contrariam Menedemi sententiam vide ap. Cic. d. Orat. I. 20. „Artem vero negabat (scil. Menedemus) esse, nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum exitum spectantibus et numquam fallentibus rebus contineretur.“

12) *δύναμις*, quam Quintilianus vim dicit, pro vulgatis: potestate, sive facultate, saepenumero in rhetoricis synonyme usurpatur cum voce *τέχνη*. (cf. Ernest. Lex. technolg. pag. 90). In universum vero ita inter se differre videntur, ut illa practicen, haec vero theoreticen denotet. cf. not. 9.

13) Locus sexcenties decantatus: e. g. ab Anonym. epit. Rhet. p. 611 in Walz. Tom. III.; Troil. prolegg. in Hermog. p. 50 ap. Walz. T. VI. et Doxopat. prolegg. rhet. p. 17 in Walz. T. VI.

Differt ab hac definitione Dionysii Hal. finis: *ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνικὴ πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν*. Leguntur haec in Doxopatr. l. l. et apud auctor. *προλεγγ. τῶν στάσεων* T. VII. 1 p. 15 ed. Walz.

1) *ἔργα τοῦ ῥήτορος*. quae Quinctiliano III. 3, 14 partes rhetorices sunt: Dicit enim ille l. l. § 15. „In eo plures dissenserunt, utrumne hae partes essent rhetorices, an ejusdem opera, an (ut Athenaeus credit) elementa, quae vocant *στοιχεῖα*. Sed neque etc.“

2) Quem librum olim David. Hoeschelius Matth. Camariotae nomine inscriptum ediderat. Aug. Vindel. 1597. 4to.

cf. Scheffer in Lectt. Academm. 1675 Hmbg. Fabric. bibl. gr. Tom. VI. pag. 118 sq. et Walz. in praefat. ad Pleth. T. VI. p. 544 sq.

(scil. Apsines, ut Walzius cum Scheffero putat) *φύσεως θείας μετεσχηκὼς, καθάπερ πρὸ τούτου καὶ Θεοδέκτης ὀλίγοις πάνυ τοῖς ῥήμασι τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περιέλαβε δύναμιν, εἰπὼν ἔργα ῥήτορος εἶναι εὕρεσιν, τάξιν, οἰκονομίαν, μνημοσύνην, ὑπόκρισιν, ἑρμηνείαν*[3]*· δεῖ γὰρ τὸν ῥήτορα εἰδέναι τίνος τῶν τριῶν εἰδῶν τῆς ῥητορικῆς ὁ προκείμενος λόγος ἐστὶν· κ. τ. λ.*

Quae etsi fide esse superstructa videantur, tamen haud equidem adseverare audeam, Theodectem omnes illas partes una eademque cum rerum cognitione esse complexum. Hoc vero protinus contenderim, locupletiorem atque absolutiorem fuisse Nostri Rhetoricen, quam Westermanno pag. 139 seq. aliisque viris doctis visa est; id quod ex singulorum illorum oratoris officiorum contemplatione deinceps satius apparebit. *Ἑρμῆς δὲ καὶ Μοῦσαι καὶ νῦν ἡγεμόνες ἡμῖν τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιστον καὶ φιλομαθέστατον ὁδοῦ κατασταῖεν.*

§ 30.

Εὕρεσις, inventio rerum tractandarum, tunc adhuc minus expolita erat, neque ante quam tria illa orationum genera (de quibus infra § 39) essent separata, idonea ratione institui poterant.

Nihilo tamen secius credibile est, Theodectem etiam in topicis versatum fuisse, atque ad eos locos, unde dicendi, amplificandaeque orationis materies haurienda sit, maxime retulisse *τὸ νόμιμον*, *τὸ δίκαιον*, *τὸ συμφέρον*, quibus alia minoris momenti adhaerent, ut, *τὸ καλόν*, *ἡδύ*,

---

3) Ordo valde turbatus; vulgo enim praecedit *ἑρμηνεία*, sequitur *μνημοσύνη*, claudit *ὑπόκρισις*; et Walzius quoque erravit, quum praeeunte Scheffero (Lectt. Academm. part. II. pag. 83 sqq.) *ὑπόκρισιν μνημοσύνῃ* esse anteponendam censeret. Vid. Voss. institutt. oratt. init.

Aliter Aristoteles, qui nonnisi tres priores partes pertractavit Rhet. III. init.: *Ἐπειδὴ τρία ἐστὶν, ἃ δεῖ πραγματευθῆναι περὶ τὸν λόγον, ἓν μὲν, ἐκ τίνων αἱ πίστεις ἔσονται· δεύτερον δὲ περὶ τὴν λέξιν, τρίτον δὲ, πῶς χρὴ τάξαι τὰ μέρη τοῦ λόγου.*

Plurimis vero maximisque auctoribus (ut dicit Quintil. III. 3, 1) orandi ratio quinque modo partibus constabat: inventione, dispositione, elocutione, memoria et pronuntiatione, sive actione.

Vid. Cic. de Orat. II. 19 de quo loco supra § 20 egimus. cf. Fortunat. Art. Rhet. p. 38 ed. Pith.

ῥάδιον vel ἔνδοξον, δυνατόν, σαφές, omnibus omnia generibus communia[1]). Inde enim, quod maxime usu venit, τὸ προτρέπειν καὶ ἀποτρέπειν[2]).

Θεωρητικῶς vero haec[3]), si ita intelligendum, a Callippo et Pamphilo elaborata Aristoteli Rhet. II 23 § 21 laudantur.

Denique ex argumentorum, seu probationum numero plura jam invenimus apud Anaximenem[4]), veluti δόξας, μαρτυρίας, βασάνους, quae Aristoteles ἄτεχνα primus dixit.

Neque vero etiam τὰ ἔντεχνα prorsus neglecta esse videntur, quamquam (ut monet Spengel. l. l.) omnino αἱ πίστεις tum philosophi potius, quam rhetoris essent. Quanto autem studio Noster in philosophiam incubuerit, hoc jam supra § 7 est commemoratum.

§ 31.

Quantum ad τάξιν, id est orationis ordinem, seu dispositionem, pertinet, Isocrates jam omnem orationem, quae inter priores theoreticos multis partibus constabat, quatripartitam reddidit[1]). Membra

---

1) Anaxim. Rhet. ad. Alex. cap. 1, 3 collat cap. 1, 4 — 11, et 16 sqq. et cap. 3, 2.

2) Id. cap. 1, 1.

3) Ut docte monet Spengelius pag. 16.

4) Rhet. cap. 14 — 17 ubi πίστεις ἐπίθετοι dicuntur, collat. Aristot. I. 2 § 2 sq. et I. 15.

Spengelius pag. 16 bene quidem corrigit Spaldingium ad Quintil. III. 4, 9; tamen ipse, meo judicio, in interpretando loco Aristot. I. 1, 3 — αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόν ἐστι μόνον, lapsus est. Nam h. l. ἔντεχνον significat essentiam artis, qua ablata, ars nulla est; eique oppositum est τὸ ἄτεχνον, quo Stagirites perversum illud artes scribendi genus significare potuisset.

Ab hac autem notione, quasi universali, distant πίστεις ἔντεχνοι καὶ ἄτεχνοι, quae meri sunt termini.

5) Dionys. Halic. de Lys. Judic. cap. 16 dicit: ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν καλουμένων ἐντέχνων πίστεων, ad quae Spengelius p. 159 adnotavit: „ἔντεχνοι πίστεις num ex Isocratis scriptis, an primus dixerit Aristoteles, nescio.“

Neque egomet affirmaverim, Theodectem hoc termino usum fuisse: Anaximeni certe (qui post Nostrum scripsit) eaedem sunt πίστεις ἐξ αὐτῶν λόγων καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν πραγμάτων (Rhet. cap. 7 — 13) iisque opponuntur πίστεις ἐπίθετοι (= ἄτεχνοι).

1) Testis est Dionysius Halic. de Lys. judic. cap. 16: ἵνα δὲ καὶ

sunt: προοίμιον, διήγησις, πίστεις, sive βεβαίωσις et ἐπίλογος[2]).

Hanc autem partitionem recepit[3]) Theodectes, ut docet Joh. Siceliot. Doxopater προλεγγ. τῆς ῥητορικ. cap. 5 in Montfauc. Bibl. Coislin. p. 594 (sub titulo anonymo: Συναγωγῆς διαφόρων ἐξηγήτων εἰς τὰ Ἀφθονίου προγυμνάσματα κεφ. V.) et nunc auctius emendatiusque in Walz. Rhett. gr. T. VI. p. 19: καὶ ὁ μὲν ὅρος τῆς ῥητορικῆς οὗτος· ἔργα δὲ αὐτῆς κατὰ τὸν Θεοδέκτην προοιμιάσασθαι πρὸς ἔννοιαν[4]), διηγήσασθαι πρὸς πίστιν, ἀγωνίσασθαι πρὸς ἀπόδειξιν[5]), ἀνακεφαλαιώσασθαι πρὸς ἀνάμνησιν. Eadem fere Lolliano praeeunte tradit auctor προλεγγ. τῶν στάσεων pag. 33 (ap. Walz. T. VII, 1): ὅτι ἔργον ῥήτορος, ὡς φησι Θεοδέκτης, προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πιθανότητα, πιστώσασθαι πρὸς πειθώ, ἐπιλογίσασθαι πρὸς ὀργήν, ἢ ἔλεον. Eadem etiam, suppresso tamen Phaselitae nomine, refert Anonym. epit. rhet. ap. Walz. T. III p. 611.

Haec igitur ab Isocrate inventore non temere disposita, sed firmis quaeque argumentis fuisse instructa,

---

περὶ τῶν ἰδεῶν ἐγγέγραπταί μοι τὰ προσήκοντα εἰπεῖν, ἐάσω ταῦτα· περὶ δὲ προοιμίου καὶ διηγήσεων καὶ τῶν ἄλλων μερῶν τοῦ λόγου διαλέξομαι καὶ δηλώσω ποιός ἐστιν ἐν ἑκάστῃ τῶν ἰδεῶν ὁ ἀνήρ· διαιρήσομαι δὲ αὐτὰς ὡς Ἰσοκράτει τε καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα κοσμουμένοις ἤρεσεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν προοιμίων. vid. cap. 17.

De narrationibus vid. eund. ibid. cap. 18 et Quintil. IV. 2, 63 (de quo loco vide nos § 33 fin.) collat. Schol. in Hermog. ap. Spengel p. 160, Sopatr. in Hermog. p. 297 ed. Ald. et Theon. progymnasm. ap. Walz. T. I. p. 201: τοῦτο (scil. τὴν διήγησιν) δὲ μάλα ἐπιτήδευσαν οἱ ἀπὸ Ἰσοκράτους καὶ αὐτὸς ὁ Ἰσοκράτης. κ. τ. λ. De argumentis et confirmatione vid. Dionys. ibid. cap. 19 et de epilogis eund. ibid. fin.

3) Quam etiam Anaximenes secutus est. Alio modo Aristoteles (Rhet. III. 13 — 19), separatis jam orationis generibus, membra disposuit, licet et ipse Isocrateae distributionis praestantiam agnoscat. Postea Rufus in art. Rhet. init. vulgatas illas orationis partes in solo judiciali genere percenset. Vid. Walz. T. III. pag. 448 sqq.

Pletho denique (T. VI. pag. 550 sqq.) ad quodcunque dicendi genus retulit, videlicet Hermogenis auctoritate commotus.

3) cf. nos supra § 8.

4) Legendum puto (cum Walzio et cum auct. προλεγγ. τῶν στάσεων. l. l.) εὔνοιαν, quod solenne dicitur de benevolentia auditorum prooemiis captanda. De ea re fusius quam alii rhetores egit Theophil. Cordyl in ἐκθέσ. περὶ ῥητορ. ap. Fabric. bibl. gr. T. VI. p. 648.

5) Sic Coisl. Walzius dedit: πρὸς τὸ δεῖξαι.

cum ceteri secuti sint, certum est; etiamsi de singulis nihil fere (exceptis paucis locis, quos in margine notavimus) constet. Et multo etiam minus erui potest, quid Theodectes, Aristotele auspice, in hac artis suae parte explananda novaverit, aut quot et quales partes unicuique subjunxerit[6]).

§ 32.

Sequitur apud G. G. Plethonem l. l. *οἰκονομία*, quam nescio an Noster hoc modo a *τάξι* sejunctam enumerare voluerit. Aut etiam credibile est, excidisse in loco illo turbato atque corrupto particulam *ἤ*, quae utrumque terminum synonymum conjunxerit. Sic enim *οἰκονομία* dicitur, quod alibi *τάξις* nominari solet[1]), ut Dionys. Halic. de Thucyd. judic. cap. 35: *διδούς δὲ τὸ πρῶτον, — τὸ περὶ τὴν εὕρεσιν τοῦ συγγραφέως εὔστοχον, θατέρου οὐκέτι δίδωμι, τὸ περὶ τὰς οἰκονομίας αὐτῷ τεχνικόν*, ubi de orationibus Thucydidis sermo est.

Id. de admir. vi dicend. Demosth. cap. 51: — *εἰς τε τὴν παρασκευὴν, ἣν οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν εὕρεσιν, καὶ εἰς τὴν χρῆσιν τῶν παρεσκευασμένων, ἣν προσαγορεύουσιν οἰκονομίαν.* —

Saepe etiam utrumque complementi causa coordinatur, ut est in Longin. cap. 1. *τάξιν καὶ οἰκονομίαν πραγμάτων*, eodemque fere redit id quod Walzius ad Pleth. l. l. cum Scheffero ex Sulpic. Victore (Institutt. Oratt. p. 145) profert: „In dispositione haec sunt: Ordo cum ea quae Graece appellatur *οἰκονομία*.

Ordo est, ut secundum textum naturalem singula prosequamur, primum in partibus elocutionis, ut sit scilicet primum exordium, deinde narratio, tum partes argumentationis, peroratio extrema. Sed bene huic ordini *οἰκονομία* proxime adjuncta est, quae hoc

---

6) Nam e. g. quae Lollianus (ap. auct. *προλεγγ. τῶν στάσ.* I. l.) de procemii partitione refert: *Μέρη δὴ προοιμίου τρία· πρότασις, κατασκευὴ καὶ βάσις·* haud scio an haec ex aliis cujusdam (et quidem ipsius Isocratis ejusque discipulorum, quantum ex Dionys. l. l. cap. 17 patet) antiquioris rhetoris mente primum manarint. Ceterum et Hermogenes in libr. I. *περὶ εὑρέσεων* similia statuit et copiosius pertractavit. (cf. Schol. Anonym. ad Hermog. l. l. ap. Walz. T. VII. 2 p. 713).

1) cf. Voss. institutt. oratt. I., 1 § 3 et III. 1, 1 qui sibi ipsi non constat, cum modo distinguat illos terminos, modo eosdem synonyme conjungat.

distat a superiore, quod ille quidem ordo naturalis, hic ordo artificiosus est.

Magis etiam placet Anonymi (προλεγγ. τῆς ῥητορ. pag. 35 ap. Walz. T. VI) ratio: *Διαφέρει δὲ τάξις οἰκονομίας, ὅτι ἡ μὲν τάξις τῆς ἀκολουθίας ἐστὶ τῶν κεφαλαίων καὶ τοῦ εἰδέναι κατὰ τάξιν χρήσασθαι αὐτοῖς ποίῳ τινὶ πρώτῳ, ἢ ποίῳ δευτέρῳ. Ἡ δὲ οἰκονομία ἐστὶ τοῦ σημφέροντος· πολλάκις γὰρ διὰ τὸ συμφέρον ἀναστρέφομεν τὴν τάξιν, καὶ χρώμεθα τῷ πρώτῳ, εἰ συμφέρει δευτέρῳ· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ παραλείπομέν τινα τῶν κεφαλαίων.* (Cf. προλεγγ. τῶν στάσεων ap. Walz. T. VII 1 p. 16 sq.

In universum vox *οἰκονομία* in cunctis artibus[2]) latiore sensu usurpatur, et cum ex rerum natura omnia duplicem spectandi rationem, materiae scilicet et formae, admittant: sic etiam in orationibus[3]) duplex est oeconomiae exercitatio, quarum altera in materia, altera in forma orationis ordinanda versatur.

Haec igitur est *οἰκονομία λεκτική*, illa *πραγματική*. Oeconomiae pragmaticae vero subordinanda est *τάξις*. Sic in Dionys. Halic. de Isocrat. jud. cap. 4 *τάξις δὲ καὶ μερισμοὶ τῶν πραγμάτων, καὶ ἡ κατ' ἐπιχείρημα ἐξεργασία — τὰ τ' ἄλλα, ὅσα περὶ τὴν πραγματικὴν οἰκονομίαν ἐστὶν, ἀγαθὰ, πολλῷ μείζονά ἐστι παρ' Ἰσοκράτει καὶ κρείττονα.* Et id. de Thucyd. judic. cap. 8, ubi tres oeconomiae pragmaticae partes deinceps enumerat: *διαίρεσιν* (distributionem), *τάξιν* (ordinem), *ἐξεργασίας* (pertractationem).

---

2) Hoc sensu accipienda est oeconomia poëtica (Dionys. Halic. de vett. scr. censur. cap. 2, 4 et ex eo Quintil. X. 1, 34) et praecipue dramatica (Quintil. I. 8, 9 et 17) quam v. c. in Terentianis comoediis exposuit Donatus ad Andr. I. 4, 1 ibid. III. 2, 1 Phorm. III. 3, 1 collat. Cic. ad Attic. VI. 1.

De historica oeconomia vid. Dionys. Halic. de vett. scr. cens. cap. III. 2 et 3 collat. de Thucyd. judic. cap. 9. Ad rhetoricam oeconomiam pertinet id quod Quintil. VII. 10, 11 oeconomicam dispositionem dicit.

De architectonica oeconomia vide Vitruv. I., 2.

3) Dionys. Halic. de composit. verbor cap. 4 med. *Διττῆς γὰρ οὔσης ἀρχήσεως περὶ πάντας, ὡς ἐλπεῖν, τοὺς λόγους, τῆς περὶ τὰ νοήματα, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα· ὧν ἡ μὲν τοῦ πραγματικοῦ τόπου μᾶλλον ἐφάπτεσθαι δόξειεν ἄν, ἡ δὲ τοῦ λεκτικοῦ· καὶ πάντων ὅσοι τοῦ λέγειν εὖ στοχάζονται, περὶ ἀμφοτέρας τὰς θεωρίας τοῦ λόγου ταύτας σπουδαζόντων ἐξ ἴσου.*

4) cf. Hermagoream divisionem (supra § 20 not. 4 nobis laudatam) ap. Quintil. III. 3, 9.

Verum utut haec sint, id primum spectandum est, quibus quisque auctor legibus sibi praescriptis in dividendis rhetoricis usus sit: an genera orationis separaverit, quot et quales partes tam generales, quam speciales disposuerit, quibus tandem absolutis, id simul effectum esse videtur, ut in quoque scriptore cujusvis vocis technologia[5]) pelluceat.

Cum autem de Theodectis technologia fere nihil constet, liceat saltem nobis apponere id, quod ex hoc rerum statu de vocis *οἰκονομία* notione conjectura assecuti sumus. Ponamus nunc, ut Pletho vera tradat.

Ergo *τάξις* est: logica *τῆς ὕλης* distributio; *ἑρμηνεία* est: oratoria orationis exornatio. Inter utramque accuratius posita est *οἰκονομία*[6]), h. e. oratorii ornatus distributio[7]), sive, ut graecis terminis utar: *ἡ τῶν τῆς λέξεως στοιχείων ἀναφορὰ εἰς τὴν ὕλην τεταγμένην.*

§ 33.

Hanc in serie officiorum oratoris excipit *ἑρμηνεία*[1]), h. e. elocutio oratoria.

Et huc quidem pertinet locus[2]) ex Tzetz. Chiliad. XII verss. 570 sqq.

Τέσσαρας λόγου ἀρετὰς[3]) *λέγουσι πεφυκέναι*

---

5) Clarissimus Ernestius, cum conscribendo Lexico technologiae graecorum rhetoricae optime de bonis literis meritus sit, tamen illas rationes omnes non ea, qua par erat, cura amplexus est, unde permulti profluxere errores, qui adhuc medela carent.

6) Sensu coarctato dictum; neque multum ab hac ratione discedit ea, quam Longin. de sublimit. 11, 2. *ἐποικονομίαν* dicit.

7) Sic etiam Vitruv. Architect. I. 2, quamquam alio in argumento, *τάξιν*, quae Sulpicio est ordo, apellavit ordinationem, *οἰκονομίαν* vero distributionem.

1) *Θεωρητικῶς* dictum; cum *λέξις* sit ratio dicendi, quatenus materia subjecta determinatur.

2) Eadem fere (suppresso tamen Theodectis nomine) habet Gemist. Pletho l. l. pag. 387 sq. *αἱ δὲ τῆς ἑρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ — σαφήνεια, συντομία, πιθανότης, μεγαλοπρέπεια, ὡς Ἰσοκράτει, καὶ Ἐμπεδοκλεῖ*, (sive *Νεοκλεῖ*, ut Ruhnken. dissert. d. Antiph. p. 151 ed. Lindem. putat) *Διονυσίῳ, Ἰαμβλίχῳ καὶ πᾶσι παλαιοῖς, καὶ τοῖς σοφωτέροις τῶν νέων δοκεῖ καὶ τῷ Ἑρμογένει ἐν ταῖς ἰδέαις* (lib. I.) cf. *προλεγγ. τῶν στάσεων* ap. Walz. T. VII. 1 p. 16.

3) cf. Aristot. Rhet. III. 2 ubi enumerantur: *σαφήνεια, ἑλληνισμός* (quem Pletho l. l. imprudentius *νεωτεριχόν* vocat) *ἀξίωμα, πρέπον.*

Ὁ Ἰσοκράτης[4]) *ῥήτωρ τε αὐτὸς καὶ Ἀλκίδαμας,*
Ὁ Θεοδέκτης ἅμα τε καὶ Μινουκιανός δε[5]),
Σὺν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνάσσοθεν[6]),
Φιλόστρατος καὶ ἕτεροι μυρίοι τῶν ῥητόρων.
Σαφές, μεγαλοπρέπειαν, σύντομον, πιθανόν τε,
Μετά τ' ὡραιότητος ῥητορικῶν σχημάτων.

Haec tametsi nova et inepta ratione ex Tzetzis ingenio[7]) expressa, in universum declarant viam, quam Nos-

---

Cic. d. Orat. III. puritas, perspicuitas, ornatus, decor. cf. Quintil. VIII. 1 et Sulpic. in institutt. oratt. Anonymus ap. Walz. T. VI. pag. 36: *Ἑρμηνείας δὲ ἀρεταὶ τέσσαρες, ἑλληνισμὸς, σαφήνεια, συντομία, πιθανότης.*

4) vid. Dionys. Halic. de Isocrat. Judic. cap. 2 sq. et 11; collat. eod. de vett. scriptt. cens. cap. 3, 2, quem locum infra (§ 41) integrum adscribamus, cum Schol. Anonym. ap. Spengel. p. 161 sq. vid. Schirach. dissertat. II. de Isocrate.

5) Minucianus rhetor (scil. major) ante Dionysium, qui pluribus saeculis illo antiquior fuit, et quidem cum Theodecte conjunctus provocatur. Videlicet auctor hoc nominum ordine significare voluit, Minucianum (ut supra § 24 et 30 Plethonis auctoritate notavimus) artis Theodecteae praecepta in suum commodum vertisse.

Quae si vera sunt, juvabit profecto Minuciani vestigia in Scholl. Anonymi ad Hermog. aliisque locis ulterius persequi. Sed haec ad aliam dissertandi occasionem mihi obviam futuram proferre passus sum, tum ne nimis augeretur libelli moles, tum, quod omnia, quae de his rebus adnotassem, simul cum tota excerptorum observatorumque meorum farragine quam ad privatos usus in adversariorum forulos retulissem, scelerata manu (quod nunc demum libere fateri ausus sum) abrepta mihi doleo semperque dolebo! — Hinc enim factum est, ut multa, quae jam dimensa atque exaedificata animo habebam otii mei domicilia, uno motu corruerent. Quare, ut cum Cicerone *ἀττικίζοντι* opinor, *φιλοσοφητέον*.

6) Dionys. Halic. de Isaeo judic. cap. 3 has enumerat dictionis virtutes: *καθαρὰ μὲν* (scil. *ἡ λέξις*), *καὶ ἀκριβὴς, καὶ σαφὴς, κυρία τε καὶ σύντομος, πρὸς δὲ τούτοις πιθανή τε καὶ πρέπουσα τοῖς ὑποκειμένοις.*

7) Qui tandem scriptor? Nempe is, cui rerum abstrusarum scientiam tribuunt omnes, scribendi curam atque elegantiam fere nemo. De *μεγαλοπρεπείᾳ*, quam Noster dixerit, vide paulo post. Vox *ὡραιότης*, quam etiam Schol. ad Hermog. *Εὑρέσεων* part. III. p. 793 (ap. Walz. Tom. VII., 2) et Pletho pag. 889 (*ἡ σαφήνεια ἐκ μυριολεξιῶν καὶ σαφηνισμοῦ γίγνεται· ἔστι δὲ τῆς ὡραιότητος καὶ τοῦ καλλοῦς*) usurpat rarior vox est; eamque vel in Stephani Thesauro locupletissimo frustra vestigavimus. Significat maturitatem, ubertatem, pulcritudinem. Dionys. Hal. de compos. 4 med. habet *ἑρμηνέως*

ter praeeunte Isocrate in disserenda elocutionis doctrina prosecutus sit.

Nihilominus cavendum est, ne illa tamquam rerum capita accipiantur, cum contra ex pluribus reliquiis appareat, Theodectem pro ea, qua polleba mentis acie hanc artis suae partem Aristotele duce λογικωτερῶς digessisse et in singula sese, quae ad grammaticam dialecticamque spectant, penitius penetrasse; licet illa non tantum valeant, ut Theodectis manum omnibus numeris restituere possimus.

Quintilianus eo potissimum nomine dissentit a Tzetze, quod illas orationis virtutes ad solam „narrationem“ [8]) esse relatas tradit. Verba ejus (IV 2, § 31) haec sunt.

„Eam (scilicet narrationem) plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate volunt esse lucidam, brevem [9]) verisimilem. Neque enim refert, an pro lucida perspicuam, pro verisimili probabilem, credibilemve dicamus.“

Pergit ibid. § 61: „His tribus narrandi virtutibus adjiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant, quae neque ad omnes causas cadit [10]), neque semper utilis est.“

Et denique ibid. § 63: „Illa quoque, ut narrationi apta, ita cum ceteris partibus communis est virtus, quam Theodectes huic uni proprie dedit; non enim magnificam modo vult esse, verum etiam jucundam [11]) ex-

---

ὡραϊσμός et saepius ap. Hermog. ὡραῖος λόγος. De ῥητ. σχημ. vide nos infra § 36.

8) Pletho etiam l. l. easdem virtutes modo (p. 592) ad ῥητορικὸν λόγον, modo (pag. 593) ad solam διήγησιν refert. cf. Rufi art. Rhet. p. 452 sqq. in Walz. T. III. et Anonym. Epit. Rhet. ibid. pag. 668.

9) Addit Fabius l. l. § 32 „Eadem nobis placet divisio; quamquam et Aristoteles (III. 16, 4 ubi vide Victor.) ab Isocrate parte in una dissenserit, praeceptum brevitatis irridens, tamquam necesse sit, longam aut brevem esse expositionem, nec liceat ire per medium.“

10) Et haec res, ut aliae quam plurimae, docet, Theodectem nondum orationum genera secrevisse cf. nos infra § 39.

De μεγαλοπρεπείᾳ fusius disputavit. Demetr. Phal. § 38 sqq. (vide nos § 35 not. 3) et Pletho § 588, ubi Walzio idem esse videtur μεγαλοπρέπεια, quod ap. Aristotelem (Dionys. aliosque) est ἀξίωμα, seu ornatus (malim: dignitas) quem Sulpic. nitorem appellat. cf. Ernest. Lexic. technolg. p. 33.

11) Huc etiam quodammodo pertinet locus Dionys. de comp. verbb. cap. 19 fin. ἀλλ' οὐχ' ἥγ' Ἰσοκράτους καὶ τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων αἵρεσις ὁμοία ταύταις ἦν. ἀλλὰ καίπερ ἡδέως καὶ μεγαλογρέπως πολλὰ συν-

positionem. Sunt qui adjiciant his evidentiam, quae ἐνάργεια [12]) Graece vocatur."

§ 34.

Videtur autem Noster in explananda elocutionis theoria a primis grammatices elementis principium petiisse, si quidem ea, quae modo proferamus, revera ad libros dictos de arte Rhetorica pertinent.

Dionys. Halic. de compos. verbor. cap. 2 hoc modo disserit: "Ἡ σύνθεσίς ἐστιν, ὥς περ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, ποιά τις θέσις πὰρ ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων· ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι. ταῦτα δὲ Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους, ἄχρι τριῶν [2]) προήγαγον, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. οἱ δὲ μετ' αὐτούς γενόμενοι καὶ μάλιστα οἱ τῆς Στωϊκῆς [3]) αἱρέσεως ἡγεμόνες εἰς τεττάρων προυβίβασαν. κ. τ. λ.

θέντες οἱ ἄνδρες οὗτοι περὶ τὰς μεταβολὰς καὶ τὴν ποικιλίαν οὐ πάνυ εὐτυχοῦσιν. Quibus modis constet τὸ ἡδύ docet idem Dionys. ibid. cap. 11.

12) ἐνάργεια (evidentia) hoc differt a σαφηνείᾳ (claritate), quod illi insita est vis transitiva. Quare bene observat Dionys. de Lys. Jud. cap. 7 αὕτη δέ ἐστι δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα, γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν παρακολουθούντων λήψεως cf. Quintil. VIII. 3, 62.

1) Similiter idem Dionys. de admirand. vi dicend. in Demosthen. cap. 48.

τοῖς πρώτοις μορίοις τῆς λέξεως, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖα ὑπό τινων καλεῖται, εἴτε τρία ταῦτ' ἔστιν, ὡς Θεοδέκτη τε καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ σύνδεσμοι, εἴτε πλείω, δύο ταῦτ' ἀκολουθεῖ, μέλος καὶ χρόνος ἴσα. κατὰ μὲν δὴ τὰς ὀξυτητάς τε καὶ βαρύτητας αὐτῶν, τάττεται τὸ μέλος, κατὰ δὲ τὰ μήκη καὶ τὰς βραχύτητας ὁ χρόνος.

2) Neque obstat, quod idem Aristoteles de poëtic. cap. 20 enumerat octo μέρη τῆς λέξεως· στοιχεῖον, συλλαβή, σύνδεσμος, ὄνομα, ῥῆμα, ἄρθρον, πτῶσις, λόγος. Sed vides hic (ut jam monuit Spalding. ad Quintil. l. l.) de partibus linguae, vel elocutionis agi, non orationis.

3) De Stoicorum in Grammatica inventis vide Dionys. l. l. cap. 4 Cic. de Offic. I. Quintil. I. 6 Diog. Laërt. vit. Zenon et Apollon. Alexandr. ubi vid. Menag. pag. 288. cf. Classen gramm. gr. primordd. pag. 72 sqq. Tantum vero abest, ut haec studia usque ad Aristotelis tempora plane neglecta sint, ut ea potius jam saeculo antecedente a Sophistis summa cum doctrina et magno cum ingenii acumine tractata videamus; quamquam ista, quae dicebatur ὀρθοέπεια longe di-

Haec Quintilianus verbotenus fere, (ut solet) in librum suum (I 4, 18 sq.) transtulit: „Tum videbit — quot et quae sint partes orationis, quamquam de numero parum convenit. Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes verba modo et nomina et convinctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam (quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur) in convinctionibus autem complexum eorum sese judicaverunt, (quas conjunctiones a plerisque dici scio, sed haec magis propria videtur ex *συνδέσμῳ* translatio). Paulatim a philosophis, ac maxime Stoicis, auctus est numerus.“

In his Fabius mirifice conturbavit grammatica oratorionis elementa cum logicis. Videtur enim convinctionem eodem sensu dicere, quo nos in Logicis copulam usurpamus; at post recensitum in orationis partibus verbum, non opus est de copula separatim agere.

Etiam Priscianus p. 574 ait, Dialecticos duas solum partes orationis agnoscere, nomen et verbum, quia hae solae etiam per se junctae plenam faciant orationem.

Eadem de Platone narrat Plutarchus in Quaestt. Plat. opp. Vol. II p. 1019 idemque Aristoteli[4]) tribuit Varro de Ling. lat. lib. VII p. 106 ed. Bipont.

Dionysius quidem vocem *συνδέσμους* grammatico sensu intellexit[5]), cum pergit: *χωρίσαντες* (scil. Stoici) *ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα*[6]), atque etiam apparet, Quintilianum, cum diceret: „ac primum convinctionibus articuli adjecti“ — a logica, quam paulo ante statuerat, conjunctionum notione destitisse. Verum et hoc loco Dionysius Fabium superat diligentia. Nam voce *χωρίσαν-*

---

stat a philosophica illa grammaticen exponendi ratione, qualem primus Aristoteles cum Theodecte expertus est. In illo autem genere excellebat Protagoras. vid. Plat. Phaedr. p. 82 ed. Bekker. Cratyl. p. 51 Aristot. Rhet. III. 5 et Sophist. Elench. p. 574 ed. Buhle collat. Anaxim. p. 104 Buhl. Diog. Laërt. IX. 53. Suid. s. v. *Πρωταγ.* et all. Tum Prodicus Ceus, qui saepissime eo nomine a Platone laudatur, et alii, de quibus omnibus omnia diligenter composuit et disseruit Spengelius pag. 40 sqq. cf. Classen libr. laud.

4) vid. Aristot. de interpretat. cap. 1 — 5 cf. Apollon. de conjunctt. pag. 480 ed. Bekker, et Classen. l. l. p. 57.

5) Quem locum male intellexit F. H [aus] ad Aristot. Poët. ed. Panorm. p. 132.

6) Hoc enim disertius docet altero, quem in margine adscripsimus loco de admir. vi Demosth. cap. 48.

τις commode indicatur Aristotelem omnes particulas annumerasse τῷ συνδέσμῳ [7]).

Aristoteles autem pluribus locis de elementis orationis egisse videtur, et primum quidem in libello περὶ ἑρμηνείας [8]), qui ad Logicen potius, quam ad Rhetoricen pertinet [9]).

Nihilominus vero Spaldingius l. c. putat Stagiriten in loco illo σύνδεσμον grammatico plane, non logico, intellectu usurpasse, ut sit reddendus per conjunctionem, seu convinctionem, non per copulam. Deinde ille τοὺς συνδέσμους (et grammatico quidem sensu) tangit in Problematt. XIX § 20 [10]); et denique etiam in Theodecteis [11]), unde Dionysius ea, quae modo notavimus, hausisse mihi videtur. Fabius vero praeter Dionysium etiam Aristotelis librum de interpretatione ad manus habebat et hoc modo (praecipue iis, quae in libri illius cap. 5 leguntur) in errorem perductus est*).

---

7) cf. Spaldg. l. l. cui tamen Dionysium inspicere atque conferre non placuit.

Vide etiam quae nuper F. H[aus] in excursu ad Aristot. Poët. XX. ed. Panorm. p. 130 — 137 de grammatices inter Graecos originibus fusius magis, quam accuratius disputavit.

8) περὶ ἑρμηνείας cap. 1 — 5. De hujus libri, Aristotelis nomine inscripti, auctoritate olim ab Andronico Rhodio impugnata vide Boëth. in Arist. de interpret. procem. p. 292 ed. Basil. Alex. Aphrodis. in Aristot. Analyt. prior. libr. I. Ammon. ad Aristot. lib. de interpret. collat. Buhle praefat ad Aristot. opp. T. II. p. 11 — 13 et Stahr Aristot. T. II. p. 132.

9) vide Buhle l. l. pag. 67. Atque hinc corrigendum puto Spaldingium, qui, Quintilianum cum Aristotele conciliaturus, in eundem fere in quo ille versatur, errorem incidit. Vide quae Anonym. in scholl. ad Hermog. Idd. I. (ap. Walz. T. VII. 2 pag. 862 sq.) praecunte Hermino disputavit de Aristotelica illa (in libr. περὶ ἑρμην.) sententia.

10) Hanc autem observationem debemus manibus Beati l. G. Schneiderі Saxonis, qui in exemplaribus suis Demetrii Phal. de Elocut. (cum Fischeri, tum suae ipsius edit.) multa lectu dignissima in margine adnotavit; haec ego sedulo descripta arcae meae confidi, cum sperarem fore, ut futurus Demetrii interpres largam inde messem esset facturus.

11) vid. ipsum Arist. Rhet. III. 9 § 9.

12) Nimirum Quintilianus, cum haec scriberet, nondum inspexerat Aristot. Rhett. ad. Theodectem cum ipsius Theodectis libris conjuncta; — id quod supra § 23 pluribus ostendimus.

*) Dum haec jam typis exprimuntur, pervenit ad me Eruditissimi Classenii libellus de grammaticae graecae primordiis, (dissertat. inaug. Bonn. 1829) de quo disputandi locus mihi non est relictus. Quare,

§ 35.

Sed transeamus ad aliam elocutionis partem, numeros inquam, de quibus quid Theodectes statuerit, plura nobis servata sunt exempla.

Apud Ciceron. in Orat. cap. 51 § 172 haec sunt: „Omitto Isocratem [1]) discipulosque ejus. — Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus, vel inveniendis, vel judicandis, acrior fuit Aristotele? —

Quis porro Isocrati est adversatus infensius? Is igitur versum in oratione vetat esse, numerum jubet? —

---

si placet benevolo lectori, ipse adeat ac conferat schedulas illas passim laudatas, quarum ratio (imprimis pag. 52—61) non uno nomine a nostra differt. Et nunc tenquet me judicii exspectatio.

1) Attamen paulo post cap. 52 § 174 sqq. pluribus laudat Isocratem, quo loco haec ad doctrinae numerorum historiam pertinentia profert Tullius: „Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confidendum est; (cf. alios testes, quos supra § 6 laudavimus et infra § 41). Sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cujus omnia nimis etiam extant scripta numerose. — Gorgias primus invenit, sed his est usus intemperantius."

2) Aristotel. Rhet. III. 8 § 1 — 3. τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι, μήτε ἄῤῥυθμον· ὁ δὲ τοῦ σχήματος τῆς λέξεως ἀριθμὸς ῥυθμός ἐστιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά. Διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται· ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς.

Similiter ex illo Dionys. Halic. de composit. cap. 25, pag. 196 ed. Reiske. οὐ μέντοι προσήκει γ' ἔμμετρον, οὐδ' ἔῤῥυθμον αὐτὴν εἶναι δοκεῖν. ποίημα γὰρ οὔκως ἔσται καὶ μέλος, ἐκβήσεταί τε ἁπλῶς τὸν αὐτῆς χαρακτῆρα. ἀλλ' εὔρυθμον αὐτὴν ἀπόχρη καὶ εὔμετρον φαίνεσθαι μόνον. (quem locum verbotenus reddit Schol. Anonym. ap. Spengel p. 165). Quibus paulo post addit Dionysius: καὶ οὐδὲν ἐγὼ καινοτομῶ, λάβοι μὲν ἄν τις καὶ ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους (ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν τέχνης φησί·) μαρτυρίας τὴν πίστιν. cf. eund. ibid. cap. 11 et 17 et de vi Demosth. cap. 48 pag. 1101 et 1109 ep. Reisk. Item Quintilianus IX. 4, 56: „Idque Cicero (Orat. cap. 65 extr. et 68 extr.) optime videt ac testatur frequenter, se quid numerosum sit, quaerere: ut magis non ἄῤῥυθμον, quod esset inscitum atque agreste, quam ἔνρυθμον, quod poëticum est, esse compositionem velit."

Idem ibid. § 45 (ubi vide elegantissimam Gessneri annotationem) egregie disserit: „Omnis structura ac dimensio et copulatio vocum constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo (collat. Cic. Orat. cap. 20 et 60) aut μέτροις, id est dimensione quadam; quod etiamsi constat utrumque pedibus, habet tamen non simplicem differentiam. Nam rhythmus, id est numeri, spatio temporum constant: metra etiam ordine, ideoque alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis."

Ejus auditor Theodectes — hoc idem sentit et praecipit. Theophrastus vero iisdem de rebus etiam accuratius.“

Porro etiam Noster de singulis pedibus orationem numerosam efficientibus prolixius disputavit, ut luculenter docet Cicero in Oratore cap. 57 § 191. „Sequitur ergo, ut qui maxime cadant in orationem aptam numeri, videndum sit, sunt enim qui jambicum putent, — Ephorus autem — paeona sequitur, aut dactylum: fugit autem spondeum et trochaeum.“

Idem ibid. § 192. „Sed et illi priores errant et Ephorus in culpa est. Nam et qui paeona praetereunt, non vident mollissimum a sese numerum eundemque amplissimum praeteriri.

Quod longe Aristoteli[3]) videtur secus, qui judicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio, jambum autem nimis e vulgari esse sermone.

De discrimine et vi ῥυθμοῦ et μέτρου accurata disquisitio est in fragmentis Longini περὶ μέτρων. (fragmt. III. pag. 162 sq. ed. Weiske, et sub titulo: Longini prolegg. in Hephaest. encheirid. p. 139 ed. Gaisford.) Haec fere huc pertinent: τεκμήριον μέτρου, ἀκοὴ ὕλη τοῖς μέτροις συλλαβὴ, καὶ χωρὶς συλλαβῆς οὐκ ἂν γένοιτο μέτρον. ὃ γὰρ ῥυθμὸς γίνεται μὲν καὶ ἐν συλλαβαῖς· καὶ γὰρ ἐν κρότῳ ὅταν τοὺς χαλκέας ἴδωμεν τὰς σφυρὰς καταφέροντας ἅμα τινὰ καὶ ῥυθμὸν ἀκούομεν· καὶ ἵππων δὲ πορεία ῥυθμὸς ἐνομίσθη, καὶ κίνησις δακτύλων, καὶ τῶν ὀρνίθων τὰ πτερίσματα. μέτρον δὲ οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς λέξεως ποιᾶς καὶ ποσῆς. Sequuntur variae significationes, quibus vis τοῦ μέτρου notatur, et mox: χρόνος συλλαβὴν πριεῖ, συλλαβὴ δὲ πόδα, ποῦς δὲ συζυγίαν, συζυγία δὲ στίχον, στίχος ποίημα· πάντα οὖν εἰκότως μέτρα προσαγορεύεται. De hoc loco egregie disseruit Hermannus in opusc. T. II. p. 118 sq. collat. Dionys. de compos. pag. 134. cf. Suid. s. v. ῥυθμὸς, ubi integrum locum recenset ex Philoponi Commentt. in lib. II. Aristotel. de anima. Vide etiam, si copia est, libellum rariorem (Spaldingio celebratum) de Rhythmo Graecorum, quem Oxoniae 1789, etsi suppresso nomine, edidit Episcopus Cestriensis Cleaverus; Maxim. Planud. Scholl. in Hermog. ap. Walz. T. V. p. 480 sqq. et Joh. Siceliot. scholl. in Hermog. Idd. I., pag. 171 (ap. Walz. T. VI.), qui, ut nunc demum mihi repertum est, eadem fere, quae Longinus, de differentia rhythmi et metri docet, vel potius ex Longini libro descripsit, ut ipse profitetur pag. 121.

3) Aristot. Rhet. III. 8 § 4. τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ οὐ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος· ὁ δὲ ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι. ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα· ἔστι γὰρ τροχερὸς ῥυθμὸς

Ita neque humilem, nec abjectam orationem, nec nimis altam et exaggeratam probat: plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos, qui audient, ad majorem admirationem possit traducere."

τὰ τετράμετρα. λείπεται δὲ παιὰν, ᾧ ἔχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι· οὐκ εἶχον δὲ λέγειν, τίς ἦν. ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων· τρία γὰρ πρὸς δύο ἐστιν, ἐκείνων δὲ ὁ μὲν, ἓν πρὸς ἕν· ὁ δὲ, δύο πρὸς ἕν. ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν, § 5. *Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι* (scil. dactylos dicit, jambos et trochaeos, ut Demetr. § 42.) *διά τε τὰ εἰρημένα ἀφετέοι, καὶ διότι μετρικοί· ὁ δὲ παιὰν ληπτέος· ἀπὸ μόνου γὰρ οὐκ ἔστι μέτρον τῶν ῥηθέντων ῥυθμῶν· ὥστε μάλιστα λανθάνειν. νῦν μὲν οὖν χρῶνται τῷ ἑνὶ παιᾶνι καὶ ἀρχόμενοι. δεῖ δὲ διαφέρειν τὴν τελευτὴν τῆς ἀρχῆς.*

§ 6 *Ἔστι δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις· ὧν τὸ μὲν ἓν ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥςπερ καὶ χρῶνται· οὗτος δ' ἐστὶν, οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρὰ, τελευτῶσι δὲ τρεῖς βραχεῖαι· ἕτερος δ' ἐξ ἐναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς, ἡ δὲ μακρὰ τελευταῖα. — Οὗτος δὲ τελευτὴν ποιεῖ· ἡ γὰρ βραχεῖα διὰ τὸ ἀτελὴς εἶναι ποιεῖ κολαβόν. ἀλλὰ δεῖ τῇ μακρᾷ ἀποκόπτεσθαι, καὶ δήλην εἶναι τὴν τελευτὴν, μὴ διὰ τὸν γραφέα, μηδὲ διὰ τὴν παραγραφὴν, ἀλλὰ διὰ τὸν ῥυθμόν.* (Eadem fere leguntur in Joh. Siceliot. scholl. ad Hermog. Idd. I. pag. 239 ap. Walz. T. VI.)

Ad haec plura notanda sunt. Primum, quod recte mihi fecisse videtur Tyrwhittus ad Aristot. Poët. 5, cum scriberet: *τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ λεκτικῆς ἁρμονίας δεόμενος*, deest enim particula negandi in plurimis editionibus; neque obstant Demetrii (de Elocut § 42) verba: *ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ οὐ λογικὸς, ἀλλ' ἠχώδης*, de quibus alio loco est dicendum. Deinde, quod nec Cicero, nec Quintilianus (quod singulis locis demonstrabimus) Aristotelem ea, qua par erat, cura prosecutus est. Tertio denique loco movere nos debet Demetrii et Aristotelis discrepantia. Ille enim in libro de elocutione § 38 haec habet: *σύνθεσις δὲ μεγαλοπρεπὴς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἡ παιωνική*, quae quidem in superstite Stagiritae opere nusquam investigari possunt. Verum tota Demetrii disputatio de numeris, cui praemissa est quaestio de periodis, ita est comparata, ut facile credamus, illa desumta esse ex Rhetorica ad Theodectem (immixtis etiam, ut puto, ipsius Theodectis locis, quos Demetrius, ut solebant, pro Aristotelicis accipiebat) in qua Aristoteles (ut ipse Rhet. III. 9 § 9 profitetur) de periodorum principiis egit. Et in hoc quidem rerum statu (loquitur enim uterque de praecipuis periodorum characteribus. Vide Demetr. § 36) non amplius nos offendere debet vox *μεγαλοπρεπῆ* (cf. nos in § 33 fin.), quam Fischerus ad Demetr. l. l. ab Aristotele alienam esse contendit. (cf. Aristot. III. 12, 6, quem locum Fischerus et Schneiderus ante oculos habebant; sed vide etiam Arist. I. 9, § 29 qui locus egregie refellit Fischeri aliorumque errorem). Quod

§ 193. „Trochaeum autem, qui est eodem spatio, quo choreus κορδακικόν[4]) appellat, quia com-

---

vero idem V. D. l. l. dicit, Dionysium veniam quoque praefari de usu harum dictionum, alludere mihi videtur ad illius auctoris librum de composit. verbb. cap. 17 init., cujus sensum non recte percepit. Etenim idem Dionys. ibid. cap. 22 pag. 148 ed. Reisk. distinctis verbis dicit de austerae compositionis charactere: καὶ τοὺς ῥυθμοὺς τοὺς ἀξιωματικοὺς καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἐκλέγεται, καὶ οὔτε πάρισα βούλεται τὰ κῶλα ἀλλήλοις εἶναι. Porro etiam quae Demetrius § 39 et 44 praecipit, maximam partem Theodectea redolent, cum contra alii loci, ut § 38 post med. § 42 et 43 iisdem fere verbis in majoribus Aristotelis Rhetoricis legantur, quae tamen Pseudo-Phalereus suo modo interpretatus est. Trochaeum vero, quem § 43 post jambum commemorare debebat, sicco pede transiit.

Haec tantum exempli gratia ac respectu Phaselitae habito disputationi Nostrae inseruimus, cum alius copiosiorisque quaestionis sit, exponere: quae ex minoribus Aristotelis scriptis rhetoricis in posteriorum scriptorum libros manaverint.

4) κορδακικόν h. e. cordaci aptum, optime nobis Aristotelicum illud reddere videtur. (vid. Schütz, Orell. aliosque ad h. l. et Meurs. de Orchestr. in Thesaur. Gronov. T. VIII. p. 1283 E.)

Quintilianus vero profecto Ciceronis vestigia pressit, dicens: „eique cordacis nomen imponat.“ Sed et alia eademque graviore de causa hunc locum notula distinximus.

Erravit enim Tullius optimus (Orat. 57 § 193 collat. de Orat. III. § 182) cum τροχαῖον Aristotelis (— ∪ qui aliis est choreus cf. Buhle ad Aristot. l. l. opp. T. IV. pag. 518) pro tribrachy acciperet. Neque enim (ut jam vidit Spaldg. cum aliis) non potuit de choreo (— ∪) agere Rhetorum princeps graecus, cum tetrametri mentionem faciat. (Joh. Siceliot. l. l. pag. 241 melius intellexit Stagiritae sententiam). Ciceroni quidem semper trochaeus (∪∪) nominatur id quod nobis tribrachys, ut est praeter loc. laudat. in Orat. § 194 et 217: „Ne jambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par trochaeus, qui habet tres breves, sed spatio par, non syllabis.“

Choreus autem Tullio constat ex longa et brevi. Sic est § 193 „Trochaeum, qui est eodem spatio quo choreus“ h. e.: totidem quidem moras, neque vero syllabas complectitur (collat. § 217) Apertius etiam eadem Quintilianus IX., 4 § 80 fin. „huic contrarium e longa et brevi, choreum, non, ut alii, trochaeum nominemus“ et § 82. „Tres breves trochaeum, quem tribrachyn dici volunt, qui choreo trochaei nomen imponunt.“

Alii contra choreum eundem dicunt, quem tribrachyn; ut Dionys. Halic. de composit. verbb. cap. 17 p. 106 ed. Reiske: ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἁπασῶν βραχειῶν συνεστὼς, καλούμενος δὲ ὑπό τινων χορεῖος, τρίβραχυς πούς. Hephaestion p. 10. τρίβραχυς, ὁ καὶ χορεῖος, ejusque

tractio et brevitas dignitatem non habeat. Ita paeona probat, eoque ait uti omnes; sed ipsos non sentire, quum utantur: esse autem tertium, ac medium inter illos: sed ita factos eos pedes esse, ut in singulis modus insit aut sesquiplex, aut duplex, aut par. Itaque illi, de quibus ante dixi, tantummodo commoditatis habuerunt rationem, nullam dignitatis."

§ 194. „Jambus enim et dactylus in versum cadunt maxime[5]). Itaque ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio, nec quidquam inimicius, quam illa versibus. Paeon autem minime est aptus ad versum, quo libentius eum recepit oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem fugit: intelligit esse aequalem dactylo, quem probat. Syllabis enim metiendos putat pedes, non intervallis existimat: quod idem facit in trochaeo, qui temporibus et intervallis par est jambo: sed eo vitiosius in oratione, si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt. Atque haec, quae sunt apud Aristotelem, eadem a Theophrasto Theodecteque de paeone dicuntur."

§ 195. „Ego autem sentio omnes in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes: nec enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem uteremur, quia neque numerosa esse, ut poëma, neque extra numerum, ut sermo vulgi, esse debet oratio. etc."

Pergit Orator cap. 64 § 218. „Quare etiam paeona qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum: quoniam nihil ad rem est, postrema an longa sit.

Scholiast. p. 82. ὁ χορεῖος, ὁ καὶ τρίβραχυς et Castor περὶ μέτρ. ῥητορικ. (ap. Walz. T. III. p. 714): ὁ γὰρ χορεῖος δυνάμει τροχαῖός ἐστιν· αἱ γὰρ δύο βραχεῖαι τοῦ χορείου ποιοῦσαι μίαν μακρὰν ἀποτελοῦσι πόδα ἐκ μακρᾶς δυνάμει καὶ βραχείας.

5) cf. Aristot. Rhet. III. 1, 9 Demetr. de elocut. § 43 et Theon progymnasm. l. l.

Multos latere jambos apud Isocratem notat Schol. ad Hermog. et in cod. Monac. VIII. fol. 48 (Joh. Siceliot. in Walz. T. VI. pag. 349). Similiter Cicero (Orat. cap. 56 § 190) Isocratem inscium saepe versus inculcasse orationi, dicit: „Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, Peripateticus inprimis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapaesta: quo quid potest esse turpius? — etsi in eligendo fecit malitiose."

cf. Maxim. Planud. scholl. in Hermog. Idd. I. pag. 471 ap. Walz. T. V. Schol. Anonym. ap. Spengel p. 162 et Schirach disputat. II. de Isocrate. vide nos infra § 44.

Jam paeon, quod plures habeat syllabas, quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur[6]). Est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti, vel mediae[7]): putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior Creticus[8])."

Similia de numeris disquiruntur a Tullio in lib. III de Oratore cap. 47 sqq. § 182. „Nam cum sint numeri plures: jambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, — qui natura tamen incurrunt ipsi in

---

6) Juvat adscribere sententiam, quam metricos princeps Hermannus in Elementt. doctr. metr. pag. 193 sq. de hac re tulit: „Nempe quia paeonicum genus praeter paeones et creticos etiam Bacchicos ex veterum definitione complectitur, qui pedes inter se pugnant, rythmum esse, non metrum contendit, (scil. Aristoteles l. l.) et ita nomine non recte definito deceptus, quod saepe Graecis philosophis accidit, in errorem implicatur, non animadvertens, si quis diversa, quae paeonico genere comprehendi solebant, metra distinguat, repugnare, quae mox adjicit: ἔστι δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις κ. τ. λ." (Demetrius de elocut. § 38 sq. aliique alterum paeonem — *vuv proxatarxtikón*, alterum *vuv* — *katalhktikón* vocant.) cf. Cic. de Orator. III. 47 fin. et nos not. 8. Item Fortunat. p. 2679 " nisi fluat eodem numero ῥυθμός, non metrum fiet." Ac Mallius Theodorus, istam opinionem amplexus, ob eam rem paeonica metra plane omisit.

Demetrius tandem de Elocut. § 41 indulgentius quidem, neque vero accuratius sic statuit: *Δεῖ μέντοι λογίζεσθαι, ὅτι κἂν μὴ ἀκριβῶς δυναίμεθα τοῖς κώλοις περιτιθέναι τοὺς παίωνας, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀμφοτέρους, παιωνικήν γε πάντως ποιησόμεθα τὴν σύνθεσιν· οἷον ἐκ μακρῶν ἀρχόμενοι, καὶ εἰς μακρὰς καταλήγοντες. τοῦτο γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης παραγγέλλειν ἔοικεν· ἄλλως δὲ τὸ διττὸν τοῦ παίωνος τετεχνολογηκέναι ἀκριβείας ἕνεκα· — παραλαβὼμέν τοι τὸν παίωνα εἰς τοὺς λόγους, ἐπειδὴ μικτός τις ἐστὶ καὶ ἀσφαλέστερος.*

7) De media oratione Aristoteles l. l. nihil praecipit, quare opinor, haec etiam ex Theodecteis emanasse, collat. Demetr. § 39.

8) Optime de hoc ipse Cicero de Orat. III. 47 § 183. „Est autem paeon hic posterior (qui a brevioribus deinceps tribus oritur, extrema producta atque longa, sicut illa sunt, domuerant, senipedes) non syllabrum numero, sed aurium mensura, quod est acrius judicium et certius, par fere Cretico, qui est ex longa et brevi et longa. — Hunc (scil. paeonem secundum *vuv* —) ille (scil. Aristoteles) clausulis aptiorem putat, quas vult longa pleramque syllaba terminari." Item Dionys. Halic. de composit. cap. 25 p. 204: *τὸν κρητικὸν ῥυθμόν· εἶτ' ἆρα παιᾶνά τις βούλεται αὐτὸν καλεῖν· διοίσει γὰρ οὐδὲν τῶν ἐκ πέντε συγκειμένων χρόνων.* et mox: *ὁ παιὰν, ἢ ὁ κρητικός ἐκεῖνος ὁ πενταχρονος.* cf. Hermann. l. l.

orationem sermonemque nostrum, sed sunt insignes percussiones [9]) eorum numerorum et minuti pedes. Quare primum ad heroum nos dactyli, et anapaesti et spondei pedem invitat [10]), in quo impune progredi licet duo duntaxat pedes, aut paulo plus, ne plane in versum aut similitudinem versuum incidamus. Aliae sunt geminae, quibus hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. Probatur autem ab eodem illo maxime paeon, qui est duplex etc."

His denique adjicienda sunt pauca ex multis Quintiliani verbis: Institutt. Oratt. IX 4, 87. „Miror autem in hac opinione doctissimos homines fuisse, ut alios pedes ita eligerent, aliosque damnarent, quasi ullus esset, quem non sit necesse in oratione deprehendi. Licet igitur paeona sequatur Ephorus, inventum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele, dactylumque, ut temperatiores brevibus ac longis; fugiat spondeum et trochaeum [11]), alterius tarditate, alterius celeritate damnata; herous, qui est idem dactylus [12]), Aristoteli amplior, jambus humanior videatur; trochaeum ut nimis

---

9) h. e. in rhythmo jambico et trochaico facile animadvertitur *αρσις και θέσις*, quum sint minuti pedes et saepius iidem recurrant. Quibus quodammodo opponitur in sequentibus „Aliae sunt geminae." vide de hac re Muellerum ad h. l.

10) Vitiosam istam lectionem nuper repetiit Orellius. Mirifice autem laborant in ea explicanda interpretes, cum Aristoteles l. l. (collat Cic. Orat. 57 § 192) contrarium dicat: *ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ λεκτικῆς ἁρμονίας δεόμενος*, ubi etiam nihil de anapaesto et spondeo legitur. Multus est in loco illo explanando Robortellus de art. corrig. antiq. libr. in Gruter thesaur. critic. T. II. p. 21 sqq. et Lambin ad Cic. l. l. Muellero placuit lectio codd. Guelfbt. B. et C. invitant, ita ut alios hujus artis magistros praeter Aristotelem Cicero respiceret. Mihi vero omnis difficultas facili negotio sublata esse videtur, si legatur: „Quare primum ad heroum nos dactyli et anapaesti et spondei pedes invitant," ita ut illi pedes pro subjectis accipiantur.

11) cf. Ciceron. (Orat. 57 § 194) qui in eadem causa trochaeum (qui ipsi significat tribrachyn) habet, quod nescio an cum Ephori consensu fecerit. Quintilianus certe, cui (ut vidimus) trochaeus = tribrachys est, in his Ciceronem secutus eoque perductus est, ut etiam paulo post trochaeum (*vvv*) enuntiaret, ubi, si Aristotelem recte intelligere voluisset, choreum (— *v*) ex sua ipsius technologia ponere debuisset. Et hoc (monente Spaldingio ad h. l.) restituere voluerunt Regius ad h. l. et Victorius ad Aristot.

12) „herous, qui est idem dactylus." Eodem modo Schol. in Hephaest. p. 159 ed. Gaisfd.: *δάκτυλος· καλοῦσι δὲ καὶ ἡρῷον.*

currentem damnet eique cordacis nomen imponat; eademque dicant Theodectes, ac Theophrastus, similia post eos Halicarnasseus Dionysius[13]): irrumpent etiam ad invitos, nec semper illis heroo aut paeone suo, quem, quia versum raro facit, maxime laudant, uti licebit."

Ceterum, quae fuerint Theodectis de periodorum structura praecepta, dirimi nequit, nisi forte in Pseudo-Demetrii libro nonnulla vestigare periclitemur. Hic enim (quod jam Fischerus ad § 34 contra Victorium contendit) cum de periodis scriberet, certe Aristotelis librum ad Theodectem scriptum ob oculos habebat.

Sed mittamus haec. —

§ 36.

Τὰ ἐνθυμήματα, h. e. sententiae vim syllogismi exercentes[1]), quas Aristoteles[2]) fidei faciendae nervos dicit,

---

cf. Quintil. ibid. § 48; et Cic. d. Orat. III. 47, ubi praeterea etiam anapaestus et spondeus heroo accensentur. Demetrius vero § 42 solum spondeum intellexit, quod docet exemplum ab eo *allatum*.

13) Hic enim in libro de composit. verbor. inde a cap. 17 sqq. (collat. Schol. in Hermog. Idd. I. ap. Walz. T. VII. 2 pag. 1048 sq.) de his rebus omnibus verbosius agit, cum vero nonnisi sub finem totius disputationis (cap. 25 pag. 197 Reisk.) Aristotelem (Rhet. III. 8) testem provocet, nolui eum singulatim cum illis comparare. Neque enim haec vel minimam ad Theodectea disceptanda ansam nobis praebent.

Cum iis, quae de numeris disputavi, omnibus conferendus est, Castor, qui in libro *περὶ μέτρων ῥητορικῶν* (ap. Walz. T. III. p. 712 — 725) de iisdem accuratius egit, suppressis tamen Aristotelis aliorumque nominibus; adde etiam Joh. Siceliot. Scholl. in Hermog. Idd. pag 166 — 170; 227 — 249; p. 350 sq. et 487 sqq. (ap. Walz. Tom. VI.) qui, ut diximus, Longino praeeunte haec disseruit; Maxim. Planud. ap. Walz. T. V. p. 450 sqq. et Anonym. Scholl. in Hermog. Idd. ap. Walz. T. VII. 2 pag. 929 — 939 et 979 — 990, qui item Hephaestionis et Longini libellos perlegit.

In posteriore loco Walzius (pag. 980) est instruendus, qui in not. 64 dicit, se non reperisse locum Dionysii a Scholiaste laudatum. Legitur enim in libr. de comp. verbb. cap. 17 med.

14) Aristotelis atque Isocratis praecepta de periodorum structura composuit et illustravit Lachares quidam, teste Schol. Anonym. in Hermog. Idd. I. p. 930 ap. Walz. T. VII. 2.

1) Demetr. de Elocut. § 30 — *ἐνθύμημα — ἐν τῷ διανοήματι ἔχει τὴν δύναμιν καὶ σύστασιν* et § 32. *ἐνθύμημα συλλογισμός τις ἐστὶ ῥητορικός*. cf. Ernest. lex. technolg. pag. 108 sqq.

2) Rhet. I. 1 — *ἐνθύμημα — τὸ σῶμα τῆς πίστεως*, et mox: *τὸ κυριώτατον τῶν πίστεων*.

Theodectes in arte sua summo cum studio amplexus, iisque haud raro, ut videtur, ad sophisticas subtilitates ac machinationes sese auferri passus est, id quod ex Aristotelis Rhetor. II cap. 23 et 24 elucet, ubi plura enthymematum, quum fidorum, tum etiam fallaciorum, exempla ex variis Nostri scriptis laudantur [3]).

Hoc autem loco repetendum est (ex § 33) illud, quod Tzetzes de Theodectis ubertate ῥητορικῶν σχημάτων dicit. Licet enim non multum fidei isti auctori tribuendum sit, hoc certe constat: extitisse jam a primis inde Rhetorices originibus varia σχημάτων genera [4]), quae modo ad singula verba (σχήμ. τῆς λέξεως), modo ad sententias (τῆς διανοίας), modo etiam ad totam orationis tractandae methodum (τῶν ὑποθέσεων) spectabant.

Si quis vero censeat, veteres artium scriptores illa schemata, quibus posterior aetas abunde profluebat, minus attendisse, cum apud Aristotelem frustra talia quaeruntur et ab aliis desiderantur: in Anaximenis arte simplicissima et minime exornata quaedam enumerari itemque in Phaedro figuras satis multas Siculorum rhetorices principum perstringi in animum inducat [5]).

Constitutiones denique (στάσεις), quarum et numero et disquisitioni seriores rhetores mirum quantam operam navabant, tamquam a Nostri temporibus alienae (ut nunc certe inter doctissimos quosque viros [6]) constat) ab hac disputatione sunt segregandae.

§ 37.

Sequitur quintum oratoris officium, μνήμη [1]), de qua re apud Anaximenem atque Aristotelem frustra praecepta quaesiveris,

---

3) vide fragmtt. Theodect. in commentatt. II.

4) cf. Dionys. Art. Rhet. cap. VIII. sq.

Isocrateae dictionis schemata servata sunt ab eodem ibid. I., 8 et ap. Joh. Siceliot. scholl. in Hermog. Idd. pag. 329 sq. et 346 in Walz. T. VI.

5) Monente Cl. Spengelio pag. 17 fin.; qui tamquam Aristarchus scriptionum mearum evasit.

6) vide Quintilian. III. 6, § 3 et 49 ibique elegantissimas Capperonnerii et Spaldingii observationes. Collat. Westerm. pag. 182 not 10.

1) Pletho l. l. vitiose posuit μνημοσύνη. Schefferum ad h. l. offendit omnino memoriae excitatio, quare (nescio an ipse, an alius quidam) malit μίμησιν ponere, quod aegrius etiam fertur, nisi arcte conjungatur cum sequente ὑπόκρισι.

At tamen illi nunquam hanc silentio essent transituri, si alii (in iisque Theodectes) in libris de arte oratoria mnemonicam artem expolivissent. Veteres enim, quamvis memoriam in oratore omnino adesse debere censerent[2]), ejusque usum atque observationem praecciperent[3]): singulas tamen leges aut ignorarunt, aut potius dare noluerunt; cum alii viri acutissimi hoc munus singulari quodam studio amplecterentur. In his vulgo Simonides[4]) tamquam mnemonices inventor laudatur, quem secuti sunt Hippias[5]) et Theodectes Phaselites, cujus divinam memoriam supra § 9 sumus admirati[6]).

Is autem hac sua facultate ad novum quoddam artificium excolendum usus[7]), non multum videtur ab hac parte rhetoricam artem ditasse, nunquam id facturus, nisi mnemonicam non tam artem, quam potius (quod plurimis[8]) est visum) *δύναμιν ἀδίδακτον*, nullo artificio captandam habuisset.

Alii deinceps, in his Charmadas et Scepsius Metrodorus, mnemonicen ad certas quasdam leges constituere studuerunt[9]); omnium vero, qui ante scrip-

---

2) Quanti autem illa animi facultas inter Graecos aestimata sit, optime declarat vetustissimus ille mythus, quo Mnemosyne Musarum mater esse diceretur.

3) Quod Spengelius (p. 11 collat. p. 117) probavit exemplo Antiphontis Rhetoris, ex Longini (vulgo Apsinis) Rhetor. p. 719 in Ald. Rhett. grr.

4) Vide Cic. d. Orat. II. 86 sq. Quintil. XI. 2 § 11 sqq. Longin. (vulgo Apsines) p. 718 ed. Ald. haec habet: *ἤδη δὲ καὶ Σιμωνίδης καὶ πλείους μετ' ἐκεῖνον μνήμης ὁδοὺς προὐδίδαξαν, εἰδώλων παράθεσιν καὶ τόπων εἰσηγούμενοι πρὸς τὸ μνημονεύειν ἔχειν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων.* Librum *περὶ μνήμης* scripsit Simonides auctore Diog. Laërt. in vit. Xenocratis.

5) vide Platon. Hipp. min. p. 368 D. *καί τοι τὸ μνημονικὸν ἐπελαθόμην, ὡς ἔοικε, τέχνημα ἐν ᾧ σὺ οἶει λαμπρότατος εἶναι.*

cf. Plat. Hipp. maj. T. I. p. 134 ed. Heindf. et Xenoph. Sympos. IV. 63.

6) Testes erant: Cic. Tuscull. I. 24, Quintil. XI. 2, Aelian. hist. animall. VI. 10 ubi vide Jacobs.

7) Griphos sentio, de quibus vide Commentat. II.

8) vide Philostrat. vit. Sophist. I. 22, 2: *μνήμης μὲν γὰρ δίδωσι τέχνας, αὐτὴ δὲ ἀδίδακτος, καὶ οὐδεμιᾷ τέχνῃ ἁλωτός· ἐστὶ γὰρ πλεονέκτημα φύσεως, ἢ τῆς ἀθανάτου ψυχῆς μοῖρα.* collat. Cic. d. Orat. I. 5.

9) vide Plat. Phaedr. IV. 24. Cic. de Orat. II. 74 — 90. Quin

sere, copiosius atque accuratius exposuit illam Longinus [10]).

Verum enim vero haec theoria, nimia laborans fundamentorum psychologicorum debilitate, non satis elucet, neque, nisi accedat naturalis memoria, prospero cum successu adhiberi potest [11]).

§ 38.

Superest tandem ὑπόκρισις [1]), h. e. pronuntiatio, seu

---

til. X. 6, 4 et XI. 2. Auct. Rhett. ad Herenn. III. 16 sq. Plin. Hist. Nat. VII. 24 collat. Muret, varr. lectt. III., 1.

10) Longinus in Art. Rhet. p. 717 sqq. Ald. Rhett. gr., inscripto tamen Apsinis nomine. Ruhnkenius primus perspexit, latere inter Apsinis Rhetorica scripta Rhetoricorum Longini (p. 709 — 726 ed. Ald.) aliorumque fragmenta; de qua re vide auctores a Westermanno pag. 234 not. 6 laudatos.

Fabricius bibl. gr. T. VI. p. 107 ed. Harles dicit: „Legere me memini, prodiisse libellum Apsinis rhetoris de memoria, interprete Fr. Morellio, cum ejusd. notis Paris 1618 8vo.; sed libellum ipsum nusquam vidi.“ Equidem puto, his quoque Longini scripta immixta esse, licet mihi nunquam, neque hujus libelli, neque Aldinae editionis Rhetorum Graecorum (de cujus raritate vide quos laudat Walz. in praefat. ad T. I. et Westerm. p. 235) contigerit adspectus. Sed haec a doctissimi Walzii, Rhetorum reductoris ac reformatoris, studiis exspectamus; qui, cum cetera melius quam superiores, haec quoque omnibus numeris egregie est absoluturus. — Valde sum ὀξύπεινος.

11) vide Quintil. XI. 2 init. et Auct. Rhet. ad Herenn. III. 16.

1) Haec est Longini (Art. Rhet. p. 715 ed. Ald.) finitio: ὑπόκρισίς ἐστι μίμησις τῶν κατ' ἀλήθειαν ἑκάστῳ παρισταμένων ἠθῶν καὶ παθῶν, καὶ διαθέσεων, σώματός τε καὶ τόνου φωνῆς προσφόρου τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι.

Imitatio (μίμησις) vero non solum ad actionem, sed etiam ad compositionem (vide contra Demetr. de Elocut. § 226) spectat. Et hoc genus sic interpretatur Dionysius Halic. Art. Rhet. X. 19: ὁμολογία τῶν καιρῶν, ἔντεχνος μεταχείρη, et distinctius in libr. de comp. verbb. cap. 20 pag. 137 ed. Reisk.: δεῖ δὲ τὸν ἀγαθὸν ῥήτορα μιμητικὸν εἶναι τῶν πραγμάτων, ὑπὲρ ὧν ἂν τοὺς λόγους ἐκφέρῃ, μὴ μόνον κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ κατὰ τὴν σύνθεσιν. Idem Dionysius in libr. I. deperdito περὶ μιμήσεως (laudante schol. Anonym. ad Hermog. Idd. p. 863 ed. Walz. T. VII. 2): μίμησίς ἐστιν ἐνέργεια, διὰ τῶν θεωρημάτων ἐκματτομένη τὸ παράδειγμα. Ac Rhetorum princeps in Rhet. I. 11, 23: Ἐπεὶ δὲ τὸ μανθάνειν τε ἡδὺ καὶ τὸ θαυμάζειν καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀνάγκη, ἡδέα εἶναι τό, τε μεμιμημένον, ὥσπερ γραφικὴ καὶ ἀνδριαντοποιΐα, καὶ ποιητικὴ, καὶ

actio oratoria, cujus duas partes, vocis figuram, et corporis motum faciunt[2]).

De hac Artis parte Aristoteles Rhet. III 1, 6 sq. haec dicit: *τὸ μὲν οὖν τῆς λέξεως ἔχει τι μικρὸν ἀναγκαῖον ἐν πάσῃ διδασκαλίᾳ — ἐκείνῃ μὲν οὖν*, (scil. λέξις) *ὅταν ἔλθῃ, ταὐτὸ ποιήσει τῇ Ὑποκριτικῇ. Ἐγκεχειρήκασι δὲ ἐπ' ὀλίγον περὶ αὐτῆς εἰπεῖν τινες*[3])· *οἷον Θρασύμαχος*[4]) *ἐν τοῖς Ἐλέοις. καὶ ἔστι φύσεως τὸ ὑποκριτικὸν εἶναι, καὶ ἀτεχνότερον· περὶ δὲ τὴν λέξιν ἔντεχνον. διὸ καὶ τοῖς τοῦτο δυναμένοις γίγνεται πάλιν ἄθλα, καθάπερ καὶ τοῖς κατὰ τὴν ὑπόκρισιν ῥήτορσιν· οἱ γὰρ γραφόμενοι λόγοι μεῖζον ἰσχύουσι διὰ τὴν λέξιν, ἢ διὰ τὴν διάνοιαν. Ἤρξαντο μὲν οὖν κινῆσαι τὸ πρῶτον, ὥσπερ πέφυκεν, οἱ ποιηταί· τὰ γὰρ ὀνόματα μιμήματά ἐστιν· ὑπῆρξε δὲ καὶ ἡ φωνὴ πάντων μιμητικώτατον τῶν μορίων ἡμῖν.*

In actione igitur, quam Atheniensium oratores pro populi ingenio, summo cum studio prosequebantur[5]), tiro-

---

πᾶν, ὃ ἂν εὖ μεμιμημένον ᾖ, κἂν μὴ ᾖ ἡδύ, οὐ τὸ μίμημα· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ χαίρει, ἀλλὰ συλλογισμός ἐστιν, ὅτι τοῦτο ἐκεῖνο· ὥστε μανθάνειν τι συμβαίνει. cf. Joh. Siceliot. Schol. in Hermog. Idd. I. p. 61 ap. Walz. T. VI., quo loco de Isocraticis sermo est, et eund. ibid. p. 482. Cum his conferenda sunt ea, quae Aristoteles in fronte Artis poëticae proposuit; neque minus lectu digna sunt ea, quae post Twiningium, Lessingium, Sulzerum, Buhlium, Raumerum aliosque disputavit Ed. Muellerus: „Ueber das Nachahmende der Kunst bei Aristoteles" et in: „Theorie der Kunst bei den Alten."

2) Dionys. de admir. vi Demosth. cap. 53. *διττὴν δὲ τὴν φύσιν αὐτῆς* (scil. *ὑποκρίσεως*) *οὖσαν ὁρῶν*, (scil. Demosthenes) *περὶ ἄμφω τὰ μέρη σφόδρα ἐσπούδασε· καὶ γὰρ τὰ παθητὰ τῆς φωνῆς καὶ τὰ σχήματα τοῦ σώματος* cf. Longin. l. l. et Eustath. ad Hom. Odyss. IV. pag. 1496 ed. Rom.

3) Hos secutus est, praeeunte ipso Stagirite, Theophrastus, de quo Anonymus in *προλεγγ. τῆς ῥητορ.* p. 35 sq. ap. Walz. T. VI. haec tradit: *πλὴν καὶ Θεόφραστος ὁ φιλόσοφος ὁμοίως φησὶν εἶναι μέγιστον ῥητορικῇ πρὸς τὸ πεῖσαι τὴν ὑπόκρισιν, εἰς τὰς ἀρχὰς ἀναφέρων καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καὶ τὴν κατανόησιν τούτων, ὡς καὶ τῇ ὅλῃ ἐπιστήμῃ σύμφωνον εἶναι τὴν κίνησιν τοῦ σώματος καὶ τὸν τόνον τῆς ψυχῆς.* Ex eodem Theophrasti capite et quidem ex ejus libro *περὶ ὑποκρίσεως*, (de quo vide Diog. Laërt. V. § 48) manarunt ea, quae rhetorum Romanorum princeps profert in lib. III. de Orat. cap. 59 § 221.

4) vid. Quintil. III. 3, 4.

5) Cic. Brut. 38 de Orat. III. 56; Quintil. XI. 3 Plutarch. X. oratt. p. 845 Dionys. Halic. de admirand. vi Demosth. cap. 53.

nes multum ab histrionibus[6]) juvari, rectamque doceri viam poterant, ut primos artifices in scriptis eandem non multum curasse minime mirer. Idque Theodectis potissimum causa dixerim, qui etsi forensi luce carebat, tamen in pronuntiandi arte, cum exercenda, tum praecipienda eximius fuisse est putandus.

Quis enim est, qui neget Nostrum tantis animi corporisque virtutibus praeditum, perpetua illa cum Polo, Theodoro, Aristodemo, Neoptolemo aliisque clarissimis Graeciae histrionibus[7]) consuetudine egregie institutum fuisse?

Quis, quaeso, dubitet, quin Theodectes histrionica artificia a scena, cui invigilabat, in scholam rhetoricam transtulerit?

§ 39.

Transeamus nos ad tria genera[1]) rhetorices, sive genera causarum, τὸ δικανικόν, τὸ συμβουλευτικόν καὶ τὸ ἐπιδεικτικόν, quae (ut passim monui) ante Aristotelem aut communiter[2]), aut potius non pari singula studio ab artium scriptoribus fuerunt pertractata.

---

6) vid. Longin. Art. Rhet. pag. 716 ed. Aldin. Quintilian. l. l. cf. Lange Vindic. tragoed. Rom. p. 33. Optimé hoc probatur ipsius Demosthenis exemplo, qui Satyri (Plutarch. Demosth. cap. 7). Eunomi, Androuici (Plut. vitt. X. oratt. l. l. Quintil. XI. 37; Phot. bibl. pag. 493 b ed. Bekker. Anonym. vit. Demosth. p. 155 ed. Reisk. et Anonym. προλεγγ. τῆς ῥητορ. l. l.) et Neoptolemi disciplina est usus. (vid. Plutarch. p. 844 E. et Phot. l. l.

7) De his egit nuper Grysar in dissertat. de Graecorum tragoedia qualis fuit tempore Demosthenis pag. 35 — 39; quibus plura etiam addere possimus ex varr. Scholl. in Hermog. ap. Walz. T. VII. part. 1 et 2.

1) Aristot. I. 3, 1 et 3. Ἔστι δὲ τῆς ῥητορικῆς εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν — Ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη τρία γένη τῶν λόγων τῶν ῥητορικῶν, συμβουλευτικὸν, δικανικὸν, ἐπιδεικτικὸν. vid. infra not. 9. cf. Cic. de orat. I. 31 et Topic. 24 eademque ex Cicerone designavit Emporius Rhetor. Quintil III. 3 fin. et 4 init., ubi vid. Spalding.; Matth. Camariot. Compend. Rhetor. init. (ubi vid. Schefferi not.) ap. Walz. T. VI. pag. 601 sq. et Greg. Corinth. Scholl. in Hermog. περὶ μεθόδ. δεινοτ. ed. Walz. T. VII. 2. pag. 1269.

2) Vide quae Spengelius p. 185 ad Scholl. Anonym. in Hermog. adnotavit: „At qui sunt illi, qui Aristotelem aetate praecedentes acute unum genus rhetoricen, duas vero species, πραγματικὸν et ἐπιδεικτικὸν fecerint? Nescio, sed Theodoro, vel Isocrati non inepte affingi potest.“ Vide nos in huj. § not. 9.

Nempe judiciale dicendi genus inde ab Antiphonte[3]) auctore praevalebat.

Unde Aristoteles[4]) Rhet. III 13, 3: *Νῦν δὲ διαιροῦσι γελοίως· διήγησις γάρ που τοῦ δικανικοῦ λόγου μόνου ἐστίν. ἐπιδεικτικοῦ δὲ καὶ δημηγορικοῦ πῶς ἐνδέχεται εἶναι διήγησιν, οἵαν λέγουσιν, ἢ τὰ πρὸς τὸν ἀντίδικον, ἢ ἐπίλογον τῶν ἀποδεικτικῶν;* idem Rhet. I 1, 10 — *τῆς αὐτῆς οὔσης μεθόδου περὶ τὰ δημηγορικὰ καὶ δικανικά, καὶ καλλίονος καὶ πολιτικωτέρας τῆς δημηγορικῆς πραγματείας οὔσης, ἢ τῆς περὶ τὰ συναλλάγματα, περὶ μὲν ἐκείνης οὐδὲν λέγουσι, περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι πάντες πειρῶνται τεχνολογεῖν· ὅτι ἧττον ἐστὶ πρὸ ἔργου τὰ ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν ἐν τοῖς δημηγορικοῖς, καὶ ἧττόν ἐστι κακοῦργον ἡ δημηγορία δικαιολογίας, ἀλλὰ καινότερον.*

Plato Phaedr. pag. 261 B. — *οὐ μὰ τὸν Δί' οὐ παντάπασιν οὕτως, ἀλλὰ μάλιστα μέν πως περὶ τὰς δίκας λέγεται καὶ γράφεται τέχνη, λέγεται δὲ καὶ περὶ δημηγορίας, ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα.*

Sed audiamus ipsum Nostri praeceptorem Isocratem in oratione contra Sophistas § 19, cujus locus inprimis est aptus:

Λοιποὶ δ' ἡμῖν εἰσὶν οἱ πρὸ ἡμῶν γενόμενοι καὶ τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντες οὓς οὐκ ἀφετέον ἀνεπιτιμήτους, οἵτινες ὑπέσχοντο δικάζεσθαι διδάξειν, ἐκλεξάμενοι τὸ δυσχερέστατον τῶν ὀνομάτων, ὃ τῶν φθονούντων ἔργον ἦν λέγειν, ἀλλ' οὐ τῶν προεστώτων τῆς τοιαύτης παιδεύσεως, καὶ ταῦτα τοῦ πράγματος καθ' ὅσον ἐστὶ διδακτόν, οὐδὲν μᾶλλον πρὸς τοὺς δικανικοὺς λόγους, ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὠφελεῖν δυναμένου· τοσούτῳ δὲ χείρους ἐγένοντο τῶν περὶ τὰς ἔριδας καλινδουμένων, ὅσον οὗτοι μὲν τοιαῦτα λογίδια διεξιόντες, οἷς εἴ τις ἐπὶ τῶν πραξεων ἐμμείνειεν εὐθὺς ἂν ἐν πᾶσιν εἴη κακοῖς, ὅμως ἀρετὴν ἐπηγγείλαντο καὶ σωφροσύνην περὶ αὐτῶν, ἐκεῖνοι δ' ἐπὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους παρακαλοῦντες, ἀμελήσαντες τῶν ἄλλων τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, πολυπραγμοσύνης καὶ πλεον εξίας ὑπέστησαν εἶναι διδάσκαλοι.

Postea Anaximenes (Rhet. cap. 1 et 2, 29 seq.) juxta illud dicendi genus et alterum, *τὸ συμβουλευτικόν*, non solum protulit, sed etiam utrumque (politici nomine comprehensum) simul in septem species disposuit.

---

3) vid. Plutarch. vit. Antiph. pag. 308 collat. Westerm. p. 59 sq.
4) cf. Dionys. Halic. Art. Rhet. 10, 14. vid. Spengel pag. 13 sq.

Haec enim leguntur[5]) in Anaxim. Rhet. init.: *Δύο γένη τῶν πολιτικῶν εἰσὶ λόγων τὸ μὲν δημηγορικὸν τὸ δὲ δικανικόν. εἴδη δὲ τούτων ἑπτά, προτρεπτικόν, ἀποτρεπτικόν, ἐγκωμιαστικόν, ψεκτικόν, κατηγορικόν, ἀπολογητικόν καὶ ἐξεταστικόν, ἢ αὐτὸ καθ' αὑτό, ἢ πρὸς ἄλλο. τὰ μὲν (οὖν) ἓξ ἐν τῷ λέγοντι θεωρεῖται, τὸ δὲ ἕβδομον ἐν τοῖς ἀκροωμένοις οἵπερ τῶν λεγομένων ἕκαστον ἐξετάζουσιν. τὰ μὲν οὖν εἴδη τῶν λόγων τοσαῦτα ἀριθμῷ ἐστι.*

Quae cum omnia inter sese diligenter comparamus[6]) itemque Anaximenem, utpote mediocrem rhetorem, illa non primum invenisse[7]) in animum inducimus, non possumus Aristotelem impietatis, ac nimii gloriae studii non coarguere[8]), quippe, qui antecessorum suorum, sive amici fuerint (ut Theodectes) sive inimici (ut Isocrates), merita aut imminuere, aut certe alta oblivione superfundere sit conatus.

---

5) Dedimus haec ex recensione Spengelii, qui pag. 187, adhibito inediti Scholiastae ad Hermog. auxilio, totum hunc locum perperam interpolatum ac vitiatum funditus sanavit. Quintilianus (III. 4, 9 ubi vid. Spaldg.) Anaximenis illa hoc modo reddit: „Anaximenes judicialem et concionalem generales partes esse voluit, septem autem species, hortandi, dehortandi, laudandi, vituperandi, accusandi, defendendi, exquirendi, quod ἐξεταστικὸν dicunt; quarum duae primae deliberativi, duae sequentes demonstrativi, tres ultimae judicialis generis sunt partes."

6) Aristotelicae divisionis schema, quale Westermannus p. 151 ex Rhet. I. 3, 1 — 3 confecit, hoc est:

	τὸ συμβουλευτικόν	τὸ δικανικόν	τὸ ἐπιδεικτικόν
ὁ ἀκροατής	ἐκκλησιαστής, ὁ περὶ τῶν μελλόντων κρίνων	δικαστὴς, ὁ περὶ τῶν γεγενημένων κρίνων	θεωρός, ὁ (περὶ τῆς δυνάμεως) περὶ τοῦ παρόντος κρίνων.
μέρη	προτροπὴ καὶ ἀποτροπή.	κατηγορία καὶ ἀπολογία	ἔπαινος καὶ ψόγος
τέλος	τὸ συμφέρον καὶ βλαβερόν	τὸ δίκαιον καὶ ἄδικον	τὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν

7) Consentit Spengelius pag. 190, qui excitat Platon. Phaedr. p. 90 ed. Bekk. Ipse vero Anaximenes ne ullum quidem eorum, qui ante se haec disseruere, laudare voluit.

8) Vid. Val. Maxim. VII. 14 et Stahrii librum sexcenties Nobis laudatum. — Et hoc notatu dignum est, Aristotelem, licet serius scripserit, tamen saepenumero illius aetatis memoriam mente sua repetiisse videri, qua primus cum socio Theodecte certamen contra Isocratis scholam aggressus est. Quare si quâ par est ex silentio judicium ferre, eo magis Stagiriten in culpa esse arbitramur, cum pii socii nomen ex artificum numero extingui passus sit.

Reliquum est tertium [9]) dicendi genus, τὸ ἐπιδεικ-

9) cf. Quintil. III. 4 § 10: „Plato in Sophiste (p. 222 ed. Steph.) judiciali et concionali tertiam adjecit προσομιλητικὴν, quam sane permittamus nobis dicere sermonicatricem: quae a forensi ratione disjungitur, et est accommodata privatis disputationibus; cujus vis eadem profecto est, quae dialecticae.“ Ab his differre videtur id quod Auct. προλεγγ. τῶν στασέων p. 33 (ap. Walz. T. VII., 1) de Platonica rhetorices partitione refert.

Rufus in Art. Rhet. init. tribus vulgatis generibus quartum addit τὸ ἱστορικόν. Vide Fischer. Rhett. selectt. p. 188, Boissonade pag. 73, Walz. T. III. p. 448; collat. Plethon. p. 555 ubi vide Walz. (T. VI.); quo quidem loco nonnisi de historico dictionis characteré sermo esse videtur. (cf. Demetr. de Elocut. § 19 et Dionys. vett. scriptt. cens. cap. III. et all. Eodem sensu ait Cic. ad Attic. I. 19 § 8 „Quamquam non ἐγκωμιαστικά sunt haec, sed ἱστορικά, quae scribimus). At etiam in scholl. inedd. ad Hermog. ap. Spengel p. 184 sq. et in editis ap. Ald. pag. 24 legitur: εἰσὶ δ' οἳ καὶ τέταρτον τούτοις προστιθέασιν τὸ ἱστορικόν, ad quae Spengelius l. l. haec adscripsit: „Utinamne auctorem hujus sententiae innominatum Syrianus neglexisset; nam ex omnium rhetorum scriptis, quae haud pauca supersunt, quartam hanc speciem solus (sic!) habet Anonymus περὶ ῥητορικῆς ap. Galeum, (rhett. selectt. p. 198. Is vero idem est, quem primus Cl. Boissonadius Rufi nomine decoravit): εἴδη τοῦ ῥητορικοῦ τέσσαρα, δικανικὸν, συμβουλευτικὸν, ἐγκωμιαστικὸν, ἱστορικὸν — ἱστορικὸν δὲ ἐν ᾧ διηγούμεθα πράξεις τινὰς μετὰ κόσμου ὡς γενομένας. Quod si nomine suo nuncupatus esset inventor, e cujus technici scriptis Anonymi libellus esset excerptus, non sine fructu doceremur. Quantum ex paucis illis fragmentis conjicere licet, Theodori Gadarei vestigia praeter alios ejusque singulas divisiones in primis sequi videtur.“ Nihilominus idem Spengelius (pag. 225) descripsit locum ex Scholl. Aphthonii, ubi haec sunt: Οἱ δὲ οὐκ ᾠήθησαν δεῖν τρία μόνον ὀνομάζειν εἴδη, ἀλλ' εἰς πλείονα ἐξέτειναν καὶ ἐμοὶ δοκεῖ πρὸς τοῦτο ἐκινήθησαν πειθέντες ὑπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους. Ὁ ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος αἰδέσιμος ὢν τέταρτον περὶ τὰ τρία τὰ προλεχθέντα τὸ ἱστορικὸν ἐκάλεσε, μικτὸν ἀπὸ τῶν τριῶν εἶναι εἰπών. Equidem memini me legere locum in Scholl. ad Hermog. περὶ εὑρέσεων part. III. (ap. Walz. T. VII. 2, pag. 794) quo Anonymus confidentius de hac re: Οἷον ἡ ἔκφρασις· τὸ παρὸν δὲ τοῦτο παράγγελμα οὐ περὶ τῶν ἀγωνίων ἐστὶ διηγημάτων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἁπλῶς, ἱστορικῶν φημι καὶ πανηγυρικῶν· ἀντιδιαστέλλομεν γὰρ τὸ ἱστορικὸν τοῦ πανηγυρικοῦ, Ἀριστοτέλει ἑξακολουθέντες, τέταρτον τοῦτο εἶδος ἐπεισάγοντι ῥητορικῆς. — cf. Cic. ad Att. l. c. Haec, qui vel paululum Stagiritae opera delibaverit, protinus neget necesse est. Vereor autem ne in hac re Gemistius iners Anonymum diligentia superaverit; atque hinc τὸ ἱστορικὸν non est εἶδος, sed μέρος, ut jam

τικόν, quod ad ostentationem est comparatum [10]). Et hoc quidem primum ab Aristotele artis in modum expolitum esse constat [11]), quamquam ipse Isocrates non uno loco [12]) prodere videatur, priores jam rhetores laudationum ac vituperationum theoriam in scholis disceptasse.

Anaximenes vero, cujus ars est extrema ante Aristotelis Rhetoricen superstitem enata, non eodem quidem τὸ ἐπιδεικτικόν, quo cetera, studio amplexus est; verum tamen hoc idem scorsim primis lineis adumbravit [13]): ita ut vix credas, Theodectem, qui pluribus Olympiadibus ante Lampsacenum scripsit, theoriam τοῦ ἐπιδεικτικοῦ copiosius pertractasse. Sed satis de Artis theoria. —

§ 40.

Quod ad Artis Rhetoricae exercitationem practicam pertinet, distinximus (§ 10 et 26 extr.) in catalogo mutilo pedestrium Theodectis scriptorum tres diversas orationes: Apologiam Socratis, Legem, et Laudationem funebrem Mausoli regis, quae (si quid video) singulae singulo dicendi generi attribuendae sunt.

De Apologia Socratis parum constat, ita ut in medio relinquendum sit, an, sicut Lysiae defensio, mere judicialis, an, ut Platonica illa, variarum disputationum inter se commistarum et quodammodo ex omnibus oratoriae facultatis partibus contractarum complexus fuerit [1]), an denique Theodectes eam in Xenophontei

---

observavit Galeus ad Ruf. l. l., a quo non longe diversa sedet mihi sententia.

10) Haec quidem vocis ἐπιδεικτικόν notio jam ante Aristotelem circumferebatur. Vide Isocrat. Panegr. 11 collat. Dionys. Rhet. XI. 8 et Anaximen. Rhet. 35, 1. Fuerunt, qui hoc latine nuncuparent „demonstrativum" quod Quintiliano III. 4, 12 — 14 aliter visum est. cf. Westerm. Quaestt. Demosth. part. II. pag. 4 sq.

11) vide Theon. progymnasmm. in Walz. Rhett. grr. T. I. p. 151.

12) vid. Isocrat. Panath. § 39 sqq. 125, 134; Helen. encom. § 8 — 15 Busirid. §§ 4, 35. cf. Joh. Siceliot. scholl. in Idd. II. ap. Walz. T. VI., p. 477 sq.

13) Anaxim. Rhet. 35, 1: ὡς γὰρ ἐπιπολὺ τῶν τοιούτων εἰδῶν οὐκ ἀγῶνος; ἀλλ' ἐπιδείξεως ἕνεκα λέγομεν. Protinus separantur cap. 1, 2 αἱ ἰδίαι ὁμιλίαι, sive (cap. 36, 1) αἱ πρὸς τοὺς ἄλλους ὁμιλίαι a duplici illo causarum politicarum genere, ταῖς κοιναῖς δημηγορίαις καὶ ταῖς περὶ τὰ συμβόλαια δικαιολογίαις. Atque adeo cap. 3 disceptatur theoria τοῦ εἴδους ἐγκωμιαστικοῦ καὶ ψεκτικοῦ.

1) cf. Dionys. Halic. Art. Rhet. VIII. 8.

speciminis, de quo varia sunt hominum doctorum judicia, modum conscripserit. Attamen, si pauca illa verba apologetica, quae nobis servavit Aristoteles Rhet. II 23, § 13 (et § 18?) aequa mente perlustramus, atque ea animo perpendimus, quae supra (§ 7) de necessitate inter Platonem et Theodectem intercedente disputata sunt: verisimillimum esse videtur, Nostrum hanc declamationem tironianam ad exemplum Platonis eum in modum composuisse, ut ab altera eademque potiore parte judiciali, ab altera vero laudativo dicendi generi sit accensenda.

Dé Νόμῳ secus statuit Goettlingius[2]) summe Venerandus, cum arbitraretur, Theodectem „de republica, seu de lege scripsisse.“ Nam (quod jam Nitzschius l. l. probe intellexit) Aristotelem (Rhet. II 23, 11 et 17) orationis locos exhibere appareat.

Et horum quidem locorum natura ita est comparata, ut in iis deliberativae cujusdam declamationis exemplum subolere debeamus.

In hac autem oratione, ut in aliis quam plurimis, quorum nomina perierunt, incertum est, an Noster, aut alius actionem susceperit, aut denique (quod in Socratica causa optime constat), an haec, illa unquam in foro pronuntiata, an potius in scholis ad clepsydram decantata sit. Sola igitur (eaque est tertii dicendi generis, τοῦ ἐπιδεικτικοῦ) restat Mausoli Laudatio funebris, quam populari trutina fuisse examinatam confidenter affirmare audemus.

§ 11.

At nolim praetermittere hanc occasionem mihi oblatam, pauca disserendi de dictionis genere, quo Noster in conficiendis scriptis pedestribus usus sit; ac primum videamus de dialecto.

Fuit Noster (ut supra § 3 docuimus) Dorica quidem gente oriundus, tamen a puero Athenis versatus, ibique a primis inde literarum rudimentis ad altiorem deinceps doctrinae laudem aspiravit, ut facile credas, eum Atticae suadae elegantiam cum Dorica gravitate commutasse.

Nihilo vero secius, dummodo probanda sunt ea, quae summi artifices[1]) a perfecto rhetore expetunt, putamus

---

2) Ad Aristot. Politic. I. 6 pag. 292.

1) Aristot. III. 2 Dionys. XI. 9 Art. Rhet. Isocrati secus visum est, teste Longin. (vulgo Apsin.) p. 715 ed. Ald.

Theodectem quadam dictionis et elocutionis peregrinitate cum auditorum, tum lectorum animos oblectasse.

Tum id quoque respiciendum est, Nostrum, secundum studiorum suorum viam, philosophicam jejunitatem atque austeritatem conjunxisse cum poëtica ubertate, jucunditate ac lepore; in quibus tamen (quantum ex ipsius arte apparet) hanc sibi legem dixisse videtur, ut abstineret a perverso isto commixtae poëticae et pedestris dictionis genere, quod Aristoteles[2]) in Gorgia aliisque, qui amoenitates omnium venerum atque venustatum in orationem adferre solerent, vellicavit.

Sed audiamus testes, quibus contigit ipsos Theodectis libros inspicere.

Cicero in Orator. cap. 51 § 172 ait: — „Theodectes inprimis (ut Aristoteles saepe signifat) politus scriptor atque artifex.“ At vero Dionysius (de Isaeo judic. cap. 19) existimans, quod in poëtico apparatu et sublimi illo genere et ad pompam facto, nemo superaret Isocratem, consulto praetermisit, quos minus in ista specie felices putaret.

Et paulo post idem Censor nominatim hoc suum judicium tulit: *οὐ δὴ δεῖν ᾠόμην, Ἰσοκράτους ἐν ἅπασι πάντων τούτων ὑπερέχοντος, λόγον τινὰ ποιῆσαι περὶ ἐκείνων· οὐδέ γε περὶ τῶν συμβιωσάντων Ἰσοκράτει καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἑρμηνείας*[3]) *ἐκείνου ἐκμιμησαμένων οὐδενὸς,*

---

2) Aristot. Rhet. III. 1 — 3 collat. Dionys. de Isaeo judic. cap. 19; de Lys. judic. cap. 3 Longin. p. 10 ed. Weisk. et Demetr. de Elocut. §. 12. Vide de isto dicendi genere Greg. Corinth. ad Hermog. *περὶ μεθόδ. δεινοτ.* cap. 23 sq. ap. Walz. T. VII. 2 pag. 1328 sqq. collat. Cresoll. theatr. Rhett. in Gronov. Thes. Tom. X. pag. 155.

3) Hac venia data exhibeamus rariorem locum classicum Isocratica elocutionis praecepta egregie exprimentem. Legitur ap. Schol. Anonym. pag. 386 Ald. et in cod. Monac. VIII. Fol. 464 b ap. Spengel pag. 161 sq. (Joh. Siceliot. Scholl. in Hermog. Idd. I. p. 156 ap. Walz. T. VI. collat. Maxim. Planud. scholl. in eund. ibid. T. V. pag. 469). *Ἐκ τῆς Ἰσοκράτους τέχνης διδαχόμεθα ποῖαι τῶν λέξεων λέγονται καθαραί· τοσοῦτον γὰρ πεφρόντικε τῆς καθαρότητος τῶν λέξεων ὁ ἀνὴρ ὡς καὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ τέχνῃ τοιάδε παραγγέλλειν περὶ τῆς λέξεως· „δεῖ τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συνεμπίπτειν· χωλὸν γὰρ τὸ τοιόνδε· μὴ δὲ τελευτᾶν καὶ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς οἷον εἶπουσα σαφῆ, ἡλίκα κάλα, ἔνθα Θάλης, καὶ τοὺς συνδέσμους τοὺς αὐτοὺς μὴ σύνεγγυς τιθέναι καὶ τὸν ἑπόμενον τῷ ἡγουμένῳ εὐθὺς ἀνταποδιδόναι· ὀνόματι δὲ χρῆσθαι, ἢ μεταφορᾷ, ἢ τῷ καλλίστῳ, ἢ τῷ ἥκιστα πεποιημένῳ, ἢ τῷ γνωριμωτάτῳ· ὅλος δὲ ὁ λόγος μὴ λόγος ἔστω· ξηρὸν γὰρ· μὴ δὲ ἔμμετρος· καταφανὲς γὰρ·*

Θεοδέκτου λέγω, καὶ Θεοπόμπου καὶ Ναυπράτους, Ἐφόρου τε καὶ Φιλίστου καὶ Κηφισοδώρου, καὶ ἄλλων συχνῶν. οὐ δὲ γὰρ ἐκεῖνοι κρίνεσθαι πρὸς τὸν Ἰσοκράτους δύναμιν εἰσὶν ἐπιτήδειοι.

Cum igitur videmus Dionysium justo studiosius in illos Isocratis **sectatores**, tamquam elumbiores magistro senio frigidioresque, invectum[4]), hoc certe perpendamus necesse est: solam illi **declamatoriam facultatem** fuisse laudatam, cum contra alia dicendi genera, in quibus quisque praestabilior fuerit, silentio transiret[5]).

Alii vero de Nostri elocutione nihil tradunt.

In hoc igitur rerum statu haud ineptum mihi visum est, adscribere in margine **candidissima** quaeque veterum **judicia** de iis lata, ad quorum exemplum (**Isocratem**[6]) sentio atque **Aristote-**

ἀλλὰ μεμίχθω παντὶ ῥυθμῷ μάλιστα· διηγητέον δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὰ λοιπὰ ἑπομένως καὶ μὴ πρὶν ἀποτελέσαι τὸ πρῶτον ἐπ' ἄλλο ἰέναι, εἶτα ἐπὶ τὸ πρῶτον ἐπανιέναι ἀπὸ τοῦ τέλους." Item in Scholl. Anonym. ad Hermog. Idd. I. pag. 1046 ap. Walz. T. VII., 2. *Ἰσοκράτης τε, ὡς καὶ ἀνωτέρω ἔφημεν* (cf. ibid. pag. 936) *ἐν τῇ τέχνῃ φησὶν, „ὅλως δὲ ὁ λόγος μὴ λόγας ἔστω, ξηρὸν γὰρ, ἀλλὰ μεμίχθω παντὶ ῥυθμῷ μάλιστα.*" vide Dionys. de Isocrat. judic. cap. 2. Menandr. Rhetor. p. 697 Ald. collat. Longin. (vulgo Apsin.) pag. 713 Ald. De Isocraticorum dictione vid. etiam Demetr. § 299.

4) Vehementius etiam increpat miscellos in libr. de composit. verbb. cap. 19. *ἀλλ' οὐχ ἥ γ' Ἰσοκράτους καὶ τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων αἵρεσις ὁμοία ταύτῃς ἦν·* et de Dinarch. judic. cap. 8: *Οἱ δ' Ἰσοκράτην καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπτιοι, καὶ ψυχροὶ καὶ ἀσύστροφοι καὶ ἀναλῆθεῖς.* Adscripsit vero Dionysius h. l. nomina pessimorum scriptorum: Timaei, Psaonis et Sosigenis.

5) Neque vero haec incunsulto egisse videtur Rhetor Halicarnasseus, cum illos Isocratis imitatores singulos in spissiore opere de imitatione (quod ipse laudat epist. ad Cn. Pompej. cap. 3 et de Thucyd. judic. init.) pertractaturus esset; cujus operis fragmentum, vel potius excerptum, superstes reperire mihi videor in Dionysii de priscis scriptoribus censura.

6) Cic. de Orat. III. 44: Idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa — numeris adstringeret, cf. ejusd. Epp. ad Attic. II. 1; ubi haec leguntur: „Meus autem liber (scil. de consulatu suo, quem deperditum dolemus) totum Isocratis *μυροθήκιον* atque omnes ejus discipulorum areulas, ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumsit." Dionys. Halic. de vett. scriptt. censur. cap. 3, 2. *Ὁ δ' Ἰσοκρατικὸς* (scil. *λόγος*) *κομψεύεται μὲν, ἀλλὰ μετὰ σεμνότητος καὶ πανηγυρικωτερός ἐστι μᾶλλον, ἢ δικανικώτερος. ἔχει δὲ τὸν κόσμον μετ' ἐνεργείας,*

lem[7]) Noster elocutionem suam effinxerit. Quibus inter sese et cum iis comparatis, quae passim de Nostro diximus: cuique, opinor, licebit, suamet ipsius Minerva Theodecteae dictionis imaginem sibi adumbrare. —

Sed haec hactenus. — Altera commentatio observationes de poëticis Phaselitae scriptis concipiet, quibus ad calcem adnectentur Theodectis, quae supersunt, fragmenta commentariolo exornata. —

καὶ πομπικός ἐστι μετὰ τοῦ ἀνυστικοῦ καὶ χρησίμου· οὐ μὴν ἀγωνιστικός· περιγράφων δὲ τὴν ἀπαγγελίαν ταῖς περιόδοις, καὶ ὅλως μεσότητα σωφρονίζων λιτότητι, τὸ δὲ λιτὸν ἐξαίρων. καὶ αὐτοῦ μάλιστα ζηλωτέον τήν τε τῶν ὀνομάτων συνέχειαν, καὶ τὸ τῆς ὅλης ἰδέας ἐπιδεικτικόν. Collat. de Isocrat. judic. cap. 2 sq. et cap. 11 et Maxim. Planud. Scholl. in Hermog. Idd. I. pag. 445 ap. Walz. T. V.

Quintil. IX. 3, 74: Isocrates in diverso genere dicendi nitidus et comtus et palaestrae, quam pugnae, magis accommodatus: omnes dicendi veneres sectatus est. Nec immerito: auditoriis enim, non judiciis, compararat; inventione facilis, honesti studiosus, in compositione adeo diligens, ut cura ejus reprehendatur.

cf. Hermog. περὶ ἰδεῶν in Walz. Rhett. gr. T. III. p. 383 sq. Vide Schirach. disputat. II de Isocrate, ubi unum in locum congesta sunt omnia, quae Philonicus, Dionysius, Hermogenes, Longinus aliique in Isocrate culparunt. Haec enim eo largius manarunt ab Isocrateae orationis exagitatoribus, cum quatenus commune esset Graeculis nugari et per mutua convitia velle inclarescere.

7) Cic. de Orat. III. 35: Itaque (Aristoteles) ornavit et illustravit doctrinam illam omnem: rerumque cognitionem cum orationis exercitatione conjunxit. cf. Quintil. X. 1, 83. Dionys. Halic. de vett. scriptt. censur. cap. 4, 1. παραληπτέον δὲ καὶ Ἀριστοτέλη εἰς μίμησιν τῆς τε περὶ τὴν ἑρμηνείαν δεινότητος καὶ τῆς σαφηνείας, καὶ τοῦ ἡδέος καὶ πολυμαθοῦς· τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς λαβεῖν. φιλοτιμώμεθα δ' αὐτοῦ καὶ τρὶς μαθηταῖς ἐντυγχάνειν, οὐδ' ἐλάττονος οὔσι σπουδῆς ἀξίοις. Denique Ammon. Herm. ad Aristot. Categg. Τὸ δὲ εἶδος τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων πανταχοῦ ἀκριβὲς κατὰ τὴν φράσιν· ἐκφεύγει γὰρ ἀεὶ ὁ φιλόσοφος τὰς ῥητορικὰς κομψείας, καὶ γίνεται τοῦ τὴν τῶν πραγμάτων παραστῆσαι φύσιν· πολλαχοῦ τε συνεσφιγμένον καὶ ἀσαφῶς πεφρασμένον, οὐ διὰ τὴν φύσιν τοῦ γράψαντος, ἀλλ' ἑκουσίως τοῦτο πεποιήκεν.

Vratislaviae.
Excudebat M. Friedländer.

Gt 20.25
De Theodectis Phaselitae, vita et s
Widener Library
005957190
3 2044 085 171 577